præſumption & ſuſpicio eſt quod iſ talis animū habuerit
ad pensare occidendum, ut uoluit. Bald. in cap. 1. de
præſump. Bald. in leg. 1. diuſ ſſ. ad leg. Corn. de sicc.
doct. in cap. ſignificasti, et 2. de homic. Nam ex gene-

77 re armorū præſumitur † animū, & atrocitas male-
ficij committendi. per. d. cap. ſignificasti, & ibi Felin.
Saly. in l. g. x. C. de sicc. Cœpol. in consil. 44. ante fin.
Flo. in leg. ſed & ſi. §. ſi magister. ſſ. ad leg. aquil. numero
6. Gramm. in uoto. 24. numer. 6. Bal. in l. raptoreſ. C. de
episc. & cler.

78 † Aſportatio bonorum de loco ad locum, uel alienatio
iſ ſorum bonorum ante homicidium, inducit creduli-
tatem ad homicidium, & delictum apostate commit-
tendum, ut uoluit. Saly. in l. fin. col. 2. uer. nunc tranſea-
mus. C. de quæſtio. late. Bart. in l. poſt contractum. ſſ.
de dona. qui exaete conſiderat ſex præſumptiones, quaꝝ
omnia per te uide & nota.

79 † Vita hominis, ut si quis ſolitus eſt committere ho-
micide, & eſt male conditionis & famæ per. l. habet
præſumptionem contra ſe delinquendi, & delicta co-
mitendi, ut. l. si cui. §. v. ibi, qui ſemel calumniatus. ſſ.
de accus. l. non omnis. §. a bárbaris. ſſ. de re milie. ita. ut
ſine aliquo iudicio potest ad torturam ponī, ut dicit
Marsi. in §. diligenter, numer. 99. in ſua pract. aſſerens
quod ferè omnes doſt. in hoc conueniunt, poſt Batt.
alleg. Salic. in fin. C. de quæſt. Alexand. in consil. 77. in
cauſa accusationis., col. ſum. & in consil. 50. incip. viſis
& opportune, in primo uolunt. Blanç. in dict. l. fin. nu-
me. 411. de quæſtio. alleg. Batt. in l. Cassius, de ſenato-
ribus, pro quibus optime facit, quod dicit Bald. in l.
domi.

dominus horreorum, in lectura antiqua. C. locati.

80 † Quid si est commissum furtum in aliqua domo. An uicini possunt eadi, & detineri pro furto inueniendo, dic quod sic, quod ntiq[ue] uerum est, & locum haber in uicinis male conditionis, uitæ, ac famæ, & qui sunt consueti similia facere, ut uoluit Barto. in l. i. §. serui. ff de furt. aduersus nautas, in l. i. de officio præfecto uig. & ita etiam tenuit Marfi, in l. qui falsam numer. 17. ff. de fals. alleg. multa iuxta solum, idem in sua pract. crimen. §. diligentur, numero 97. Bald. in l. i. C. locati. & Bart. in l. dominus horreorum. ff. cod. titul. ac Par. de Par. in tract. sind. in uersi, licet alias dicatur. numer. 14.

81 † Mala fisionomia, & turpe nomen cum aliquo ex prædictis inditiis est inditium satis sufficiens ad torquendum reum, ut Sali. in l. fi. ult. col. uer. quæro an sufficiat. C. de quæstio. Gäd. in tract. maleficiorum sub rub. de præsumptionib. uer. tene menti. Bald. in l. 1. col. 2. C. quomodo appell. non reci, ubi dicit quod bona fisionomia prodeat, & mala nocet reo carcerato, quia † mala fisionomia facit præsumi, quem proclivum ad sceleræ, de quo dicto uide dominum Párid. de puteo in suo tract. sind. car. 108. in 2. col. Marfi, in §. expedita, num. 52. & 53. in sua pract. & si turpe nomen cum uno ex prædictis inditiis est satis sufficiens inditium ad torturam, ut late per Ioan. And. in capit. cum in contemplatione, de regul. iur. Ange. de Areti. in sua practica in uersic. fama publica, in 27. column. uersic. nunc uidemus, & latissime per Marfi. in l. 1. numero 39. ff. de quæstio, ubi dicit, quod turpe nomen est inditium iniicitatis.

83 † Trepidatio & uox balbutiens rei carcerati in constitutis & loquela trepida, pallor & inconstantia licet hæc sint remota a maleficio, quoniam unumquodq[ue] de per se non est sufficiens inditium ad torturam. tamen si concurrunt, cum uno ex supradictis inditiis potest reus carceratus optime torqueri, ut eleganter Bart. in

in l. de minore. §. plurium. numero 3. ff. de quæst. alleg. Inno. in cap. quoniam contra, de probation. Par. de put. in tract. sind. uersi. uiso, de Inditiis in l. numero 22. dicés quod omnia ista sunt scribenda in actis notarii, quod reus hoc dicebat trepidando, balbutiendo, & uariando. Gramm. uoto 30. numero. 4. nam in hoc iudice debet esse cautus ne tempore sindicatus ei dicatur, quod reum ad torturam ponificebit, non existentibus contra cum legitimis inditiis, & uide que ponit Bal. in l. presbyteri. C. de episcop. & cleric. & in lege terria. C. de testi. nam animum intrinsecum nullus mortali cognoscere potest, nisi solus † Deus, cordium scrutator, & cognitor. Daniel. capitulo decimoterio. & uidi multos reos in eorum constitutis accipiens ridere, qui intrinsecus ualde timent. unde si apparent aliqua signa metus per trepidationem, uel per uocem rei balbutientis, tunc omnino scribi facias in actis notarii, ut prædicti. Quia animus iis medijs diagnosticatur, ut experientia rerum magistra docet, & uide quæ dicit Hippo. de Marfi. in sing. suis, mihi. numero. 325. incip. dixi tibi. Gramm. consil. 17. nume. 7. ubi nor.

85 † Mendacium & variatio rei facit inditium ad torturam, nam si reus carceratus deprehenditur in aliquo mendacio in suo constituto maximum habet inditium contra se per tex. in l. unius. §. testes. ff. de quæstio. Fel. in capit. literas, de præsump. Roma. in consil. 8. inci. uiso facto. Gramm. consil. 17. numero 9. & uoto 30. numero. 3. Alexand. consil. 62. 3. uolu. Nam quis ratione mendacijs præsumitur esse in dolo, ut l. seruus. §. si persuaseris mihi. ff. de dolo, Fran. brun. in tract. de inditijs. colu. 9. uersi. quæro an mendacium, Marfi. consil. 15. l. & 130. Gramm. consil. 17. nu. 9. & in sing. suis. nu. 103. 86 dicit quod † uarietas etiam in testibus facit, ut possint sine aliquo alio inditio torqueri, ut habetur in l. ex libero, & ibi glo. ff. de quæst. Bald. in l. milites. C. co. ti. Bal. in l. nullum, & ibi Saly. C. de test. Ang. in consil.

275. dicit, quod quando iudex habet reum præ manibus, quem ponit ad torturam præcedentibus inditiis, si in suis constitutis uariat & uacillet, notarius & iudex non debet parcere calamo, sed omnes suas uariationes
 ¶ scribi faciat in suis actis, quia semper poterit eum in torturam repetere, alleg. Bar. in l. de minore § pluriū. ff. de quæstion. Areti. in tract. malicio. uerific. fama publica. numer. 17. colum. 1. in uerific. 9. queret. & quid sit uariare, contradicere, & uacillare, & quando inter se differant uide Flo. in l. testibus. numero 1. ff. de testibus, cum infinitis uulga. ¶ Transactio super aliquo delicto, an faciat inditium, dic, ut per Ias. in l. transigere. C. de transfa. & ibi Bald. Alber. Alexand. & Pau. de Castr. Qui distinguentes dicunt, quod aut transigitur in casu a iure concessio, ut in criminis, in quo ingeritur pena sanguinis, & quia ius illud permittit. Super eo paciscendo non dicitur crimen confiteri, ex ex quo lege permittente transigit, & isto casu cum transactio sit concessa a iure, tunc non oritur aliquod inditium sufficiens, aut transactio est facta in casu in quo non ingeritur pena sanguinis, uel quod a iure non conceditur, ut in criminis adulterii, & tunc facit inditium, & illa transactio habet uim tacite confessio nis, & hoc dicit text. in l. quæ supra. ff. de his qui not. infa. & uide Ias. in d.l. transigere, ubi dat, & assignat multas cauteles per quas transigens non dicitur crimen fateri. Marsil. in §. diligenter, numer. 78. in sua practi. Blan. in l. fin. num. 306. ff. de quæstion. Brun. in tracta. indi. colum. 11.
- 39 Pax, seu transactio, ¶ an faciat inditium; quando maxime per offensum producitur instrumentum pacis, uel transactionis, doct. omnes. in l. transigere. C. de transact. distinguat, aut in pace interuenit pecunia, & tunc facit inditium, aut gratis nullo dato uel recepto, & non facit inditium, & hanc transactionem approbavit Tancré. de Cor. in sua compend. prout refert Mar. in §. diligenter numero 178. & 176. in sua pract. crim.

&

CAVSARVM CRIMINALIVM. 51
 & assignat cautelam approbatam per Alexand. in d.l. transigere, quod in instrumento pacis dicatur, quod hoc facit ut evident expensas litis, & non quod crimen commiserit, uel quod in instrumento dicatur, quod per pacem remittit omnem iniuriam, quam constaret se intulisse, quacunque de causa in scrip. uel quod notarius dicat quod tales fecerunt pacem, cōcordiam, & transactionem de omnibus offendis, & iniurias hinc inde datis, illatis, uel factis, remittentes sibi iniucem, & uicissim omnem iniuriam, uel offendam, & in hoc ita resedit Franc. Brun. in tracta. de indit. numero 27. queret quid de confessione tacita. Bald. in l. quoniam. numero 3. de iis, quæ not. infa. & in l. furti. §. pactus. ff. cod. titu. Archid. cap. in omnibus 2. q. 4. & idem Bal. in cap. 1. §. iniuria. colum. 2. de pace iur. firm. in uerific. queret si partiales. & sing. Decius in l. pactum curatori. C. de pact. num. 7. ubi uult. dicere quod tutor, uel curator non potest facere pacem de morte patris pupilli: immo debet tutor honorem pupilli tueri, ac defendere, quia iniuria illata non potest sine rubore remitti, ut not. Ange. in consil. 247. colum. fin. alleg. tex. in l. miles. §. sacer. ff. de adulter. & si fortasse producetur instrumentum pacis, nel transactionis, tunc iudex discreetus mitigare debet penam statuti, uel arbitriam, ob pacem sequutam, prout dum fui assessor ex causa penam mitigavi, prout etiam ex causa iusta, penam augetur, ut multis crassantibus locus sit exemplo, ut Barto. in l. aut facta. §. final. de pen. institut. de iure natu. gent. & civil. paragrapho sed quod prin. cipi. Ibi nam quod ob meritum indulxit, ibi Angel. Aret.

90 ¶ Auxilium sue associatio præstitum, seu præstata in teruenit, aut ante maleficium, aut in ipso homicidio, aut post maleficium, & homicidium, primo casu dicitur opem, auxilium, & fauorem præstare homicidio, si quis præstiterit ferramenta ad domum aperiendam, uel scalam us ascendar per fenestras, uelut ibi

D 2 algen-

52 PRACTICA, ET THEORICA
ascendat, uel ut homicidium committar, uel scienter
arma accommodet. de qua scientia legitime consta-
re debet de homicidio, uel maleficio committendo,
de quibus per Bart. in l. qui dormum. ff. de adulter. Ale-
xand. in l.furti. ff. de furtis. Bart. & Bald. in l. quicunque
C. de ser. fug. Bart. in l. omnes C. de agri. & cen. & lib.
yo. Felin. in cap. sicut dignum, de homici. & ideo in
inquisitione semper duci debet assistendo, dicto male-
ficio, ut habilius committeretur, ut per Bart. in l. qui
seruo. §. fina. ff. de fur. & in l. is qui opem, numer. 5. ff.
eodem titul. Baldi consil. 4. i. numero 5. in 5. uolu. Ale-
xand. & Barto. in l. fin. in 10. addit. ff. de siccā. Cœpol.
in consil. 27. per totum.

91 † In hoc auxilio præstito oportet ponere locum, &
tempus delicti commissi, ut per Bart. in l. furti. §. ope.
2. de fur. Marsi. in l. fin. ff. ad siccā. numero 29. 30. &
31. & idem Marsi. in l. sed sciente, numero 2. ff. ad leg.
Corne. de siccā. ubi dicit, quod mutant pecuniam ad
emendum arma pro maleficio committendo tenetur
de auxilio.

92 † Aut præstatur auxilium in ipso maleficio, & tunc est
distinguendum, aut auxilium est immediatum, &
cooperativum, aut mediatum, & non cooperativum,
quod dic ut per text. in litem mela. §. si alius tenuit. ff.
ad l. aquilam. & ibi Flo. Aretin. & Bonif. in rubr. de in-
fultu & percussione in tracta. maleficio. numero 38.
& late per Cœpol. in consil. 34. numero 20. in secundo
dubio. Bar. in l. ff. de ui & ui at. cum infinitis. Marsi.
in sing suis. numer. 15. fol. 3. incip. statuta communiter
quid si stetit armatus cum aliquo occisore & tamen nil
fecit virium ex illa resistentia; an debeat puniri, tan-
quam præstans opem; dicendum est quod sic secundum
Innocen. in capit. fin. de cler. percus. Abb. in ca.
sicut dignum de homi. Deci. not. in capit. quia quæsi-
tum. numero 63. de off. delegat. Roma. consil. 17. & in
1. §. cod. ff. ad sillā. Baldi. in l. i. C. de ser. fug. Marsi. consil.
24. col. 4

Post

CAVSARVM CRIMINALIVM. 53
Post maleficium, & homicidium dicitur auxilium præ-
stare, quando post delictum commissum statim aliquis
recipit in domo malefactorem, ut Bald. in l. non ideo
minus. C. qui accusa. poss. Fcl. in capitulo. 3. de offic.
deleg. & in capitul. sicut dignum. de homi. uel quan-
do aliquis impedit capturam per familiam potestatis
in sequentem malefactorem & homicidā, ut per Gand.
in rubri. de homicid. colum. 3. Barto. in l. furti. §. oper.
de furt. uel quando, quis associaret malefactorem in
ecclesia extra territorium, uel in aliquo loco tuto,
ut late per Cœp. consil. 1. Albe. in tractat. stat. 34. quæ-
stion. 4. Saly. in l. prima. in colu. 4 & 5. de recep. late
Cœpol. in consil. 20. numer. 9. Car. latiss. in sua pract.
num. 29. usque 34.

93 † Nam receptator & associans dicitur particeps occul-
ti consilii. Salice. in leg. unica. C. de rapt. uirg. Marsi.
ibi numer. 10. 4. Bald. consil. 21. num. 1. 4 uolu. & in
consil. 23. 5. num. 1. in 3. uolu. cum aliis doct. quod intel-
lige secundum consil. Gramma. 37. num. 23. & in uoto
15. num. 2. & doct. in l. fin. C. de his qui latron. & l. l. ff.
de recep.

94 † Sanguis interfecti profluens ante oculos occisorum;
an facit inditium, dic quod sic concurrente fama cum
aliquo alio administrculo, i.e. eti aliqui dicant, quod est mi-
raculum in natura, ut dicit Blan. in l. fi. num. 402. ff. de
quæs. quod etiam ego uidi in quodā cadasuere dū essem
iudex maleficiorum Tauri. & pro inditio traditur per
Hip. in §. diligenter. n. 181. fol. 21. in trac. mal. & Car.
in suo tra. n. 141. fol. 34. & quia in dies illa possunt occu-
rere ut alias occursa etiam sunt ideo nota, & tene men-

95 ti. † Fuga arrepta post imputationem, an faciat indi-
tium, uide latissime per Blan. in l. fin. ff. de quæstion.
& distingue, ut ibi per eum post Marsi. in sing. suis
119. incip. fuga. & 197. incip. sapissime, & latissime
per d. Iaf. in l. admonendi, colum. 67. in fin. de iure-
jur. Lud. Ro. in l. lege Corne. ff. ad sillā. & d. Philip.
Deci. in consil. 234. incip. in eff. eti in 1. colum. post

D 3 Cœpol.

54 PRACTICA, ET THEORICA
Cœpol. in consil. 29. nu.8. ubi dicitur.

69 † Fuga non facit aliquem culpabilem antequam contra ipsum inquiratur per ea, quæ dicit Salyc. in l.i. C. de rap. uirg. & ibi Marſi. Bald. consil. 515. 5. uol. num. 5. Alb. in tra. stat. 4. parte. q. 54. ubi dicit quod fugiēs frāto carcere habetur pro cōfessio in illis criminibus pro quibus erat in carcere, ibi nu. 2. Gram. uoto. 37. nume. i.

97 † Et nunquid fuga. seu contumacia sufficiat ad condemnationem criminis pro quo inquiritur, seu proceditur, uide ibi. d. Philipp. Cor. in consil. 59. 2. uolu. lit. O. in fin. ubi tenet, quod fuga non facit plenam probationem ad condemnationem, & in consil. 198. lit. d. quod equidem per comparationem postea factam purgantur inditia prouentia ex ipsa fuga, ut Cor. consil. 58. in lit. q. uol. 2. Par. de put. in tracta fin 98 di. in uer. & in inditi. num. 2. in fin. ubi dicit, † quod fuga reddit suspectum fugientem, & no. quod rixa seunda vice facta parum post primam inditat ad pensamentum, nam ex geminatione ita breui tempore facta facit præsumi, quod inter se conuenierint pro maleficio, & delicto committendo, ut Fel. in c. si cautio extra de fide in str.

99 † Geminatio arguit magnam & animi, & propositi firmitatem delinquendi, ut Ludo. Roma. in consil. 352
10. 2. col. Marſi eleganter in l.i. §. quæst. ff. de quæst. per totum. Nam geminatio arguit voluntatem enixam, ut dixit tex. in l. 2. §. furiosus, ibi per omnia, & in omnibus. ff. de iure codi. Quem tex. ibi alleg. pro singul. Ange. in l. in negotiis, ff. de re. iur. Hip. in sing. fuis. 378. Gramma. uoto. 17. nu. 8.

100 † Ferens arma euaginata sub capa habet præsumptionem contra se quod habeat animum ad occidendum, & maleficium perpetrandum, ut elegan. Cœpol. in consil. 28. col. 2. uer. 2. quia, nume. 9. Nam deferens arma euaginata haber animum malevolum, & proclivum ad malum, ut Blan. in l. fi. num. 79. & nume. 82. ff. de quæst. dicens, quod armans se, semper præsumit de rixa,

CAVSARVM CRIMINALIVM. §§
rixa, & bello cogitare, ut Flo. in l. scientia. §. qui cum aliter. num. 3. ff. ad. laquil. Cœp. consil. 2. nu. 6. in ciui. Gramm. uoto. 24. num. 6. Ang. §. ex maleficiis, numero 12. institu. de actionibus. Barto. in l. si quis ex domo ff. de furt.

101 † Item traditur pro inditio, si quis sciens in aliquo loco, uel in aliqua uilla, aut ciuitate adesse malefactores, uel disrobatores, aut sicarii, & cum posset aliunde, quam per eum locum is talis mercatorem cōducere, sed studiose & dolose per eum locum transita-re fecerit, quo sit ut ille talis a sicariis interfactus fuerit, & bona & pécunia sibi subtracta fuerit, tunc ille talis ad tortoram securē poni poterit, & torqueri, se-cundum Gandi. in suo tracta. de iudicis dubitatis. 10. inditio. nu. 25. ratio quia uidetur comparticeps crimi-nis commissi, & præbuisse causam mortis, quo sit ut eadem. l. & poena puniri poterit iudex. ita Bonifac. in tit. de indic. numero. 8. qui allegat tex. in. l. 3. §. alio. ff. de fucca.

102 † Propinquitas occisi etiam facit indicium, ut pu-ta quidem repertus est mortuus prope domum, uel habitationem Titii, an præsumatur mortuus a Titio Guid. de fuzzza. in suo tract. de indit. concludit quod sic, si Titius erat solitus committere homicidia, uel si iste Titius erat osolitus frequentare tam de die, quam de nocte elcum commissi criminis: per do-minam Bart. in l. final. ff. de via pub. & per gloss. in l. ciuil. C. de furtis. Nam qui est mortuus in strata præsumitur interfactus ab eo, qui continuo conuer-sabatur, & frequentabat in illa. secundum Bartol. & doctor. in l. iuste in primo. ff. de usucap. unde in simili sit plures reperiuntur in aliqua domo, quorum unus reperiatur mortuus in ea, utique præsumitur mor-tuus & interfactus ab habitantibus in ea. & contra eos necessario laborant inditia, & sine ulla dubitatio-ne torqueri possunt, & fuit opinio Ioann. And. in add. ad Specul. in tit. de homi. §. 1. uer. sed & pone quatuor.

56 PRACTICA, ET THEORICA

& non sunt decursi multi anni, quod quidam existens in carcere Leona huius aliae ciuitatis interfactus fecit quatuor vulneribus in pectore a quadam alio carcerato, unde per Clar. D. aduocat. cōmuniis processum fuit ad torturam, & quæstionem contra carceratos, & ueritas homicidiij de terra orta est, & reperta fuit, & sic homicida ultimum sumpsit supplicium auctoritate excelle tiss. Consilii de 40. ad Criminalia, & sic iustitia suum fortita est effectum.

103 † Incantationes, & sortilegia dæmoniorum ope inuenta, non faciunt inditio per se sola, quia sunt fallacia, & eorum responsa sunt dubia, & incerta, & plerunque mentiuntur, ut & ibi Angel. in l. item apud labeonem. §. si quis astrologus, ff. de iniuriis, sed bene iuncta cum aliis adminiculis sunt sufficientes ad inquirendum, & ita tenuit Brun. in q. tercia primæ patris. numero 35. dicens quod non est mirandum si hominum curiositate deuenitur ad sortilegia, & incantationes dæmonum, quia medicinae non sumuntur ratione delstationum, sed ratione sanitatis recuperandæ, & ob id conspexi, quod arte & natura vulnera illata in corporibus humanis interdum præbent sanitatem, & quandoque vulnera vulneri additur, ut utrumque sanc tur. Paris de Put. in tract. sindicat. §. tortura lo. 3. in fine qui hoc idem attestatur alleg. Bald. in l. nemo. C. de episco. aud. numero 3. Car. in l. obseruare curabis. numer. 141. incip. 27. qui sortilegi & diuinatores sunt hostes humanæ salutis, & est superstitione quædam, qua utitur homo dæmonis ministerio, & plerunque ut supra dixi delusoria est, & omnino prohibita, ut doc. in ca. sortes. 26. q.v. & ob id nulli esse curiosus iis illicitis mediis inuenire suspitiones. & præsumptiones contra criminosos ad perniciem & graue damnum animarum, quis curiosius huiuscmodi est superflua inuestigatio ad se non pernientium, quia si istæ superstitiones ualerent, diuina iudicia locum non haberent,

Item

CAVSARVM CRIMINALIVM. 57

104 † Item traditur pro inditio, quando post commissum delictum. T. auxilium præbuit inimico meo ne ab officiis caperetur, nam in hoc casu uideretur conscius eriminis, nec caret suspicione criminis commissi secundum Gandi. in ti. de præsumpt. & indicis. numero 19. alleg. tex. in l. final. §. 1. ff. de cust. & exhibit. reo. Immo ex lege grauiter est puniendus. I. Iulia de vi pub. & priuat. Alexan. in consil. 35. uolum. 1. Cœpol. consil. 1. 4. numero. 4. & l. quotiens. C. de exact. trib. libr. x. ubi habetur, quod liberans debitorem de manibus officialium, tenetur soluere debitum creditori. hoc item Bald. in l. additios. numero. 6. C. de episc. audien. Ang. Aret. in situ. de actionibus. paragrapho. penales num. 17. uersi. adde quod eximens, & ultra potest puniri arbitrio indicantis. secundum Cœpol. in d. consil. ratio iuditio meo, quia quando. l. noua imponit penam minorem, quam imponit lex antiqua, utraque debetur, ut est tex. in l. l. §. dixit aliquis. ff. de publica. quod nanque inditum licet sit remotum & dubitatum, nil minus est satis sufficiens ad inquirendum, & quæstionem habendam contra reum inquisitum, secundum iura prægallegata.

105 † Litterarum acceptatio habetur pro inditio, nam si lecta carta, in qua scribatur; quod rumor est, quod Titius commisit homicidium, & ille litera accepta tacet, & non se excusat, nec respondet e contra, talis taciturnitas habetur pro inditio, argumento sumpto a doctrina Bartol. in l. filiusfamilias. la seconde. ff. ad Macedon. Marsi. singular. in tract. crim. in paragapho. diligenter. numer. 138. & Carre. in l. obseruare. numero 142. C. quomodo. appella. non recip. nam in criminalibus proceditur ad instar civilium. ut l. absentem ff. de pœn. sed in causa civili, si quis recipit literas, & non respondet utique, talis taciturnitas facit probationem, ergo in criminalibus inditium, secundum Barto. in l. publica. in fin. ff. depos. & l. quo enim. §. primo. ff. tem ratam habet. Matth. Mates, in singu. numero. 22.

in-

†

incipient.not. Mirabilem. Idem uoluit Bald. in l. si procurator absentis in princ. ff. de procurat. Idem in rubrica. C. de fide instrumentorum. 14. colum. Ioan. de Imola in l. qui in domini. ff. de testa. Abb. in consil. 18. in secunda colum. uolu. 3. & l. 3. §. inuitus. ff. de procuratoribus, ubi habetur, quod in praetrialibus raciturnitas non habetur pro confensu. sed tu uide glo. in l. in adop. in uer. non contradicendo. ff. de adop. Idem in c. non iuste. col. 3. de procur. Cœpol. cau. 11. Bald. in l. cum quis. C. de iure & pact. ignor. colum. 9. uersi. quero an lex. Alex. in consil. 78. uolum. primo. & idem Cœpol. caut. 24. Bar. & Bal. in l. titio se. o. ff. de const. pecu. Alex. in l. non solum. §. morte. ff. de oper.no. nuncia. Gozzad. consil. 24. nu. 6. Corn. consil. 319. colum. 3. lit. d. nol. 5. Fely cap. non ne benedicimus. col. 4. de presumpt. Amanel. de clar. aquis sing. 138. incip. bene, sed prædictum inditium iudicio in eo uideatur fatis leue; cum sit remotum a maleficio, & alii non concurrentibus, credo non esse sufficientem ad questionem, & torturam habendam.

¶ 6 † Non respondens interrogatoriū habet inditium contra se, ut puta si presentatus, uel detenus non respondet interrogatoriū sibi facta, uel dicit, iam dixisse, tunc habet inditium contra se, & ex hoc potest torqueri, & facit tex. in l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrogat. act. & ita not. Beluis. in sua pract. C. de quæstio. colum. 5. uer. sextum est, quod semper intellige, indicis precedentibus, & si denus interrogatus non uult respondere, tunc ad questionem, & torturam procedi poterit, quod si interrogatus iudici respondere recusauerit, tunc de eo sumenda erit quæstio, donec respondeat, secundum tamen qualitatem criminis, & conditionem subiecti, quod si confiteatur, bene quidem, si autem non confiteatur, debet eum iudex in carceribus detinere, & si noua inditia superuenient, tunc questionem repetet, Ange. in uer. fama. numero 119. si minus, tunc ex carceribus pro-

nunc

nunc relaxabitur: quæ noua inditia debent differre a primis specie & substantia, ut puta prima inditia erant de fame, uel iniurictia, tunc secunda debent esse de iusta, de ordine dato, uel de aliquo alio supradicto, ita tenet Ang. magnus practicus in tract. maleficiorum in uer. fama publica. uer. quaro, quæ dicantur noua. 98. Alex. consil. 183, colum. fin. in princ. uolu. 2. Cano. in c. fraternitatis de testi. idem Ange. in l. in fine principii. ff. quod quisque iuris, & quod contra reum qui ex carceribus relaxatus fuit, uel compositus possit nouis indiciis superuenientibus de novo contra eundem reum procedit, est gloss. not. in. l. si quis adulter. in fin. C. de adultere. cum aliis infinitis, quod not:

¶ 7 † Qualitas personæ a multis traditur pro inditio, nam similis sibi similem querit. capitul. recolentes, de statu mona. considerando causas & proximas & remotas, nam multe sunt causæ quæ possunt inducere homines ad homicidium perpetrandum. Affinitas, amicitia, uia dicta, commoditas, amoris cupiditas, iniurictia, dolor & suppliciū, & aliae similes. de primo. si propinquus in corrigitudo propinquum modum excedit tenerur, ut l. 1. C. di emend. propinq. sed in hoc animus considerabitur, quia tunc crimen contrahitur cum uoluntas nocendi interuenit, ut l. 1. C. ad l. Cor. de sic, & similiter hoc dicendum in assessori, qui si quid mali commiserit. presumitur potius ex zelo iusticie, quam malo consilio & animo nocendi, ut l. iniuriarium, §. 1. ff. de iniur. & itidem hoc de amico afferendum est, nam amicitia æquipollit affinitati, secundum doct. Marsi in rep. rubr. de fideiusto. nume. 234. ubi multa congerit, & Grammi in consil. 56. num. 22. nam si amicus pro defendendo amicum rixantem modum defensionis excesserit, utique tenebitur arbitrio iudicantis, habitu respectu ad personam & ad casum, & hoc idem Cœpol. in consil. 4. nu. 15. ubi refert casum de fratre, qui reperit solem in thalamo male conuersantem cum amatio, & ille

ille conuocatis & coadunatis amicis cum sociis, Amasium interfecit, & in consulatu Veronæ omnes fuerūt absoluti idem uindicta, quæ alia bona, quædam uero mala, bona illa dicitur de qua in c. uera. 45. distin. ubi solent hominis peccatoribus indignari, & in psalm. Lætabitur iustus cū uiderit uindictam, & pater beatus gaudet, uidere filium malū in inferno, & Matthæus capitulo quinto, ubi uindicta non est appetenda, nam si quis te percussit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram. & Leuit.ca. 19. Mala uero uindicta est illa, quæ sit animo uindicandi contra proximum, iuxta illud Ciceronis i. offic. ne cui quis noceat nisi lacesitus iniuria, de qua per Bal. cons. 173. per totum uol. 3. reliqua perse quere in tract. Blanch. n. 2 55. ubi multa acute & docte.

208 † Inuentus in loco criminis commissi, habet indicium contra se, si iste talis erat solitus homicidia committere, & uir malæ opinionis & famæ, uel si inter inquisitum, uel accusatum, & occisum concurrenerit inimicitia, quia hoc casu esset indicium sufficiens ad torturam, secundum Carre, in l. obseruare curabis. numer. 127. C. quomodo appella. non recip. Barto. in l. ædiles. ff. ne quid in loco publ. Felin. in c. afferte. de præsumpt. col. antepe. Paris de Puteo in tract. sind. uersic. Mandauit Rex. ibi num. 13. si reperiatur corpus; ubi tenet quod si procedit inimicitia, est signum, indicium, & sufficiens præsumptio ad quæstionem habendam, sed aliis non concurrentibus est indicium ad inquietendum, secundum Ludo. Roma. in l. 1. §. hoc rescriptum. ff. ad Sillan. Specul. in t. de teste. §. 1. uersi. sed si quatuor. alleg. tex. in l. 1. in fine. ff. de iis, qui deiecc. & Dy. in l. 1. §. hoc senatus. ff. ad Sylan. Grammat. uoto. 23. & 24. & consi. 32. nu. 10. ubi tenet, quod si a pluribus in domo existentibus homicidium committatur, tortura danda erit magis suspecto, & qui habet indicium malæ conditionis & famæ, & in consilio. 35. numer. 49. & uoto. 32. & Paris de Put. in tracta. sindic. in uer. tortura lo 1. num. 4. ubi loquitur de consocio,

Bru.

CAVSARVM CRIMINALIVM. 61
 Brun. sing. in q. 5. secundæ part. num. 5. & similiter hoc idē tenuit Guid. de Suzza. in suo tract. de indict. & tortu. nu. 39. ubi tenet, quod si plures teperiūt in una domo, & ibi eorum unus reperiatur mortuus, & post multa cœcludit quod præsumitur mortuus ab illis de domo, & omnes posse torqueri, quod intellige hoc dictū modis ut supra dictū fuit, quod no. & tene mēti, quia faciēt tibi honorem, & utilitatē cum opus erit. Iac. No. doct. 109 † sollicitans ultra modum, quod contra Semproniu inquiratur de homicidio commisso in personam Titij: & quod formetur proclama contra eundem Semproniu, habet indicium contra se, & redditur suspectus maxime quando ad se non spectat, neque pertineat uē dicare necem Titij defuncti secundum d. Parid. de put. in tracta. syndic. in uer. tortura. lo. 2. in fine. quod dictū sequitur Marsi. in §. diligenter. nu. 150. in tract. Crimi. a Carre. in l. obseruare curabis. num. 129. C. quo mo. ap. pella. non recip. & referr. bis contigile in magna curia uicariæ Neap. in quibusdam denunciantibus mortem alterius, & follicitantibus, quod omnino inueniatur malefactor: qui solicitantes capti, & in tortura positi, delictum confessi fuerint, prout etiam refert idem Paris, & Blanc. & uide de hoc Marsi. in l. unius facinoris. §. seruo qui ultra. num. 7. ff. de quæsti. facit in simili si testis non citatus, sed sponte uenit ad deponendum in causa, non probat, nec ualeat illius dictum, quinimo redditur suspectus, secundum doct. Bart. in l. libertorum. C. de testib. Baldi in l. quoniam liberi. C. de testib. in p. & l. 2. C. de bonis auct. iud. possid. & Iaf. in l. ait prætor. nu. 7. ff. de iure iur. nam qui se ingerit rei ad se non pertinenti, suspectus redditur. secundum Marsi. in d. §. seruo qui ultro, de quæstionib. & non sunt multi anni dū sub prætura clar. de Federici Rayn. dig. potestati Veronæ, sub anno 1531. effem. assessor ad malef. uenit quidam, cuius nomen ignoro, sed erat de Iuliariis sollicitans in consulatu expeditionem calus moris. d. Ant. de Applicantis cum quibusdam aliis, qui capi,

62 PRACTICA, ET THEORICA
capti, & ad torturam positi, reperti fuere culpabiles,
& sic sollicitans interdum suspectas redditur, quod
not.

110 † Quarelatus, seu accusatus de furto, uel aliis crimi-
nibus, an habeat indicium contra se ex simplici quæ-
rela, ut dic, quod aut præcedunt inditia, aut nulla sunt
primo casu potest contra eum in tormentis absolure p-
cedi, secundum Guid. de Suzza. in tract. de inditias. num.
56. si uero nulla inditia præcedunt, tunc ex simplici quæ-
rela non diffamatur, & ob id sine indicio nō torqueret,
mul. l. sicut de falso. & l. i. in prin. & l. maritus. ff. de que-
stic. quæ supra dicta locum non habent si accusatus &
civatus ad se præsentandum non comparuit, & fuit
positus in bannum per simplicem contumaciam, si po-
stea comparet, ex quo uult purgare contumaciam au-
diatur, sed tunc ponit poterit ad torturam absque alius
indiciis propter eius præcedentem contumaciam, quod
not. quia fuit de mente Nico. de Mar. & Bald. in l. i. §.
sequitur uidere. C. de hæred. iustit. ita Franc. Brun. in
tract. de indit. questio. 5. z. par. numero 7. insuper
quarelatus, seu accusatus ex simplici quærela non in-
famatur, quando tempore crimen aboleretur. Ex quo
lapsu temporis nulla punitio fieri potest, ut puta si ex
forma statuti indulgeretur annus ad accusandum de a-
liquo criminis. Anno decurso injuria est deleta contra
accusatum, sicut in crimen adulterii de iure communis
matutis haber tempus quinquennii ad accusandum
uxorem de adulterio, ob cursu temporis, ut supra a le-
ge limitati, prescripta est omnis impunitas. Ita quod
contia uxorem nullo modo procedi potest, secundum
Balb. in consil. 309. uol. 4. quia cursu temporis præsumti
accusatio omnino extinguitur, quia præfixo termino
ad exceptiones proponendas. lapsu termino non po-
tentia proponere, secundum Abba. & Deci. in ca. pa-
titoralis. de exec. sicut etiam indulgetur accusatori bi-
nū ad perficiendam accusationem, ut l. fin. C. ut infra
tempus, cii. quæst. ter. quo transactio amplius nō au-
ditur.

CAVSARVM CRIMINALIVM. 63
ditur. imo ex lege mulctatur. ut l. i. C. de calunnia,
cum infini.

111 † Vociferatio mulieris cum clamore a loco commissi
criminis facit inditium, ut puta si mulier uim passa ac-
clamauerit, dicendo Aiuteme, aiuteme, facit inditium
fortii, & uiolētia secundū And. de Iser. in cōst. de uiol.
mul. in principio, & in crimen rapto etiam permittit
uindicta, secundum doct. Castren. in l. refectionis
gratia in uerbo ergo fabri; mei. ff. comm. prædiorum.
ubi tener quo illud quod possum pro me, possum etiā
per ministros meos ad hoc necessarios, & illis resistens
uidetur mihi resistere, secundum glo. fi. l. cum fundum.
ff. de ui & ui ar. & doct. omnes. in l. unica. C. de rap virg.
ubi parentes, inuenientes raptore in crimen, possunt
illos impune offendere, & in hoc casu vindicta mitti-
tur, & possunt affines, raptore, & auxilium præhentes
interimere, quia raptus solus sine copula carnali punibi-
lis est poena. l. raptore. secundum comm. docto. C. de
de episc. & cler. & l. i. §. fin. ff. de extraord. criminibus.
Cœpol. consil. 57. incip. super querela. z. col. & itidem
si in aliqua domo audita est puella acclamare succurri-
ce, succurrere, & illo tunc uisus est aliquis e domo illa
exire, præsumptio & inditium est contra talern exequem,
secundum Nic. de Math. in l. fina. C. de probat.
quem refert Cart. in l. obseruare in princ. nume. 136. C.
quando appella. non recip. & Par. de put. in uer. con-
fessio sociorum. & uer. tortura. lo primo. uersi. uiso de
indit. nu. 8 Balb. & Rom. in l. excipiuntur. ff. ad Syll. cum
aliis infinitis, ubi loquuntur de socio imperfecto, & me-
rito mortuo, & in stabulo sepulco, quæ no. quia facient
tibi honorem.

112 † A communiter accidentibus validissimum est argu-
men, in iure. ita communiter doct. in l. non hoc. C. un-
de legit. Félin. in cap. quia uerisimile prope fin. de præ-
sump. Marti. sing. 336. Bald. in l. ff. circa finem. C. de hæ-
re. insti. Afl. decisi. 346. num. 14. alleg. tex in l. ne que na-
tale. C. de probat. & ideo indicia afflumi possint a com-
mu.

muniter accidentibus, quia sic communiter fieri solet, quando iuuenes ingrediuntur, & egrediuntur domum mulieris apte formę präsumptio est, quod sit meretrix, quando maxime eo loco contra illam suspicatur, Bald. consil. 460. incip. duo fratres, in communi bonorum existentes. volum. 5. ubi refert quod major natu omnes redditus recipiebat & distribuebat, minor natu uxorem accepit, & se obligavit ad doris restitucionem uti que soluto matrimonio per mortem uxoris, dos de communis patrimonio restituuerit, secundum rationes Bal. in predicto consi. & idem Bal. in addit. ad Spec. in tit. de sent. in antep. colum. uerbi. ad mortem: ubi tenet & argumentum a communiter accidentibus facit inditium indubitatum. de quo dicto plenè per Marsi. in singulis primo suorum singulis qui more suo solito allegat iura, & doc. quos ex te uidere poteris, sed tu not. glo. sing. in l. 1. C. de arbit. glos. in l. neq; natales. C. de proba & Corn. consil. 2. t. uoli 2. lit. q. ubi renetur quod bona est reditio causa, qui uicinus, uel consanguineus, in iis maximis quas solent innotescere consanguineis, uel uicinis, secundum Barto. in l. 1. ff. si cer. pe. & in consi. 1. 94. col. 4. in 1. uoli. eod. ubi alleg. l. M. sicutam, si uulnerarus post triduum super baculo suo ambulauit non präsumitur ex uulnera decessisse. secus si per 8. uel 10. dies ambulauit sine baculo, ostendens se nil mali habere, quia präsumitur quod obierit ex alia causa, & non ex causa predicta, que omnia nota.

Homicida solet hodie puniri tex. est in l. 3. §. legis. ff. ad l. Cor. de fiscar. & l. i. §. occisorum ff. ad senat. consi. syllab. in rubrica de homicid.

Fallit primo quando homicidium est factum sine dolo, quia tunc capite non punitur, sed alia pena arbitrio iudicetis. secundum Bal. in l. & si seuerior. ff. de iis qui not. infam. Boe. q. 83. numer. 9. Bald. & Saly. in l. 2. C. de noxali.

Fallit secundo, quando homicidium est factum ad necessariam defensam cum moderamine inculpare tutelę, secun-

CAVSARVM CRIMINALIVM, 65
secundum Odof. & Flo. in l. scientiā. §. qui cum aliter. ff. ad l. aquil. Aret. in consi. criminal. nu. 12.

Fallit tertio, quando quis vulnerat non mortifere, & ille uulneratus ob malam custodiā, cu[m] adhibuit, mortuus est. ut Bal. in l. si ab hostibus. §. 1. ff. sol. matr. & ca. i. col. 4. uerbi in fendi uero: quibus modis feud. amit. & idē in c. ad audienciam de homici.

Fallit quarto, quando quis occidit furem nocturnū pro defensione rerum suarū, ut l. furem. ff. ad l. Cor. de fiscat. & ibi Marsi. nu. 4. & 5. & 6. alleg. tex. in c. uerum. ibi pro uita & rebus de iuri. iur. & Io. de de Ana. in ca. 2. de homici. & Bar. in l. pen. eol. penul. ff. de cond. ob turpem causam; & Bal. in l. certa forma. & de iure fili.

Fallit quinto, quando occidit furem diurnum; qui uolebat ipsum occidere, & non poterat aliter evadere eius manus, nisi medio mortis; hoc pro salute sue uitæ. glos. est d. l. fur. & ibi Marsi. & in l. is qui cum telo, Cad. l. Corne, de fiscat.

Fallit sexto, si infans, uel furiosus hominem occiderit, rō quia alterū fati infelicitas excusat. Alterū cōs. ibeci litas tuet. ut l. infans ff. ad l. Cor. de fisc. & c. i. de homici.

Fallit septimo, quando maritus occidit uxorem in adulterio deprehensam. l. Gracchus. C. de adult. ex quo difficillimum est temperare iustum dolorem. l. si adultere. §. imperatores. ff. de adult. & c. i. de homicid.

Fallit octauo, si ebrietatem quis homicidium commisit, ut Ab. in c. sicut, de testib. & l. omne delictum. §. qui se inebriauerit. ff. de re milit. & ca. inebriauerunt. 15. q. 1. & c. sane. & Bald. in l. data opera. C. qui acc. non poss. uerbi. nunc de tertio; Alex. in l. dolum. C. de dolo.

Fallit nono, quando quis fuit prouocatus uerbo iniurioso, uel armis ratio, quia difficillimum est tempora re iusti dolor. uulg. l. si adulteriū. §. imperatores. ff. de adul. & Luc. de pena in l. errat. C. de caſt. pecul. libr. 12. col. 2. nu. 9. punienda est enim prouocatio, ut 22. q. 5. c. ille qui: immo, prouocati non solum non competit actio iniuriarū; ut qui infamis reputatur, ut 6. q. 1. c. infamcs.

E. Fallit

Fallit decimo, si percussus inseguitur vulnerantem qui fugiebat: quia homicidium hoc modo factum dici tur potius culposus quam n dolosus, ut F. Iu. in c.dilecti filii. col.6.de except. Ang.in tract. Malef.in uersi.& si d etus titius se defend. in fine numer. 36.& Franciscus de Aret.consi.80.hoc idem affirmat.

Fallit undecimo, quando homicidium fuit commis sum casualiter , dando operam rei licite fecus: uero si operam rei illicite. ut Abb. in cap. penult. de homici. tex. in l.1.C.de siccari & Marsi.ibi late numer.8.4 ubi te net, quod es, quae casualiter fuit, non sunt habenda in aliqua consideratione secundum Bal. in l. presbyteri. si n.C.de episcopis & cler.

Fallit duodecimo , quando quis occidisset abortum adhuc non formarum in utero. secundum Bal. in l. quod dicitur. ff. de lib. Ang.& posth. & Saly. in l. penult. C.de scca. Bar. in l. Diuus, ff de uariis, & extraord. criminis. & uide Bos. in tit. de homic. n.5. ubi distinguit, & bene.

Fallit decimotertio, quando licet se sine iudice uen dicare: si quis alteri mortem minatur , potest in ipso actu ab illo occidi. ratio, quia melius est in tempore occurrere, quam post tempus vindictam sumere. ut Bald. in l.2.ad l.Cor.de aca,& c.ez litteris de homici.

Fallit decimoquarto quis in ludo cum palo ferreo; in loco solito & consueto interficiatur , quia nec in dolo , uel culpa esse dicit. 2.Ccep.cofl.75.n.1. & in cofl.30. n.3.

Fallit decimoquinto, quando miles, uel stipendiarius Regis, seu principis, se transferre ad hostes, quia eo casu quilibet potest illum impunis interficere & interimerre, ut l.2.C.quando licet se sine indicu. uind.

Fallit decimo sexto , quando homicidium est factum ultra decem annos, quia eo tunc non debet ad mortem puniri, sed extraordinarie, gl. in l. si diurno. ff. de pe nis, in fine. d. gl. not. Marsi sing. 454. quam D. Veneti optime seruat in expedit. excellētissimi cofl. ad criminal.

¹⁷ Fallit itidem quando quis occidit assassinū: uel proditorum: et clare constat ipsum esse talem: secundū Ang.

in consi.14. incip. nos Karolus. Alex. in leiusdem. §. trāf fugas. ff. de siccari Bal. in rubr. C. de pœna iud. qui male iudica. & Bar. in l.3. ff. ad leg. iuliam de ui priuat.

¹¹³ † Netandum est autem quod homicidia tribus modis committuntur, animo facto, lingua, seu uerbo, ut dicit glos. notab. in capitulo homicidiorum de pœnitentijs, distin. 1. Ccep. in consil. 38. incip. in Christi, in fine, homicidia namque animo committuntur, quando quis dolo malo hominem aggreditur causa illum, occidendi, & illum occiderit, ut dicitur in leg. 1. & leg.

¹¹⁴ diuis, de siccari. & ij. capitali poena puniuntur. † nam homicida, quod fecit, semper expectet. l. nemo. C. de episcop. audi. nam sanguis occisorum clamat continue ad Deum, ut in Apo. Ecce post hæc uidi animas interfectorum clamantium ad Deum. cap.6. Marsi. in singulis, nu. 270. Exodi c. 11. Ibi maleficos non patieris uire. Gram. consil. 4. num. 16. fol. 4. quid si uolens hominem, occidere, equum occiderit, an puniatur de homicidio poena ordinaria. l. cornelia propter animalium occidendi hominem: dic quod sic, si processit ad aliquem actum, secundum Barto. in l. impuberem. §. 1. in fine. ff. de falsi. Bar. Ange. & Marsi. in l. diuus, nu. 9. de siccari. c. fi. de homic. in 6. licet aliter de consuetudine.

¹¹⁵ Sed si quis non haberet † animum occidendi, sed uulnerandi, uel percutiendi, tunc non puniatur pœna ll. Corneliaz de siccari. sed alia mitiori pœna, arbitrii iudicantis: ex quo apparet, quod non habebat animum occidendi, neque aderat dulos, ut per Roma. in l. cum mulier. 32. colum. uersi. aduerte tamen. ff. solu. matris. Pau de Cast. consil. 92. incip. in causa carceratorum. Fe lin. in capitu. dilecti, de except. Panor. in capitu. olim, cl. 2. de rescrisp. Ccep. consil. 53. incip. in Christi no. numero. 5. & idem dicendum est: quando quis interficetus fuisset non dolo, sed leui, aut lata culpa, ut Ccep. in d. consil. 53. Car. in sua pract. §. homicidij autem species per totum. Gram. uoto. 24. nu. 18.

¹¹⁶ † Facto uero dupliciter committitur homicidium,

64 PRACTICA, ET THEORICA
aut per se immediate occidendo , aut mortis causam
præstanto , aut mediate quando quis maleficio astitit ,
& causam remotam præstat , ut Bart. in l.furti. §. oper.
ff. de furtis : Quis autem dicatur , auxilium & opem
præstare aliqui homicidium committenti , & qua poe-
na puniatur. uide Ang. in gloss.auxiliatorem. 1.colum.
uersic. quarto . Fel. & alii in capitul. sicut dignum , de
homicid. Blanc. in l.fin.de quæstio.nu. 201 late Cep.
consi. 27.nu.9. & consi. 34. & consi. 1. numer. 17. Car.
in sua pract. in §. homicidium autem.Sal. & Hip. in l.r.
de rap. virg. Bald. in l.fin. C. de sic. idem Bald. in l.ob
hæc uerba. ff. de infam Boni.in tenu. de percu. & insul.
Bal. in consil. 492.nu. 1.p.uolu.

117 † Verbo & lingua committitur homicidium , aut
mandando , ut quando quis mandat hominem pecu-
nia mediante occidi , & assassinii dicuntur , tam man-
dans , quam mandatarius , ut capitu. 1. de homici. in 6.
Bald. in l.non ideo minus , in princ. C.de accu. Bart. in
l.non solum. §. si mandato , uersic. uenio ad conducto-
rem. ff. de iniur. Ang. in l. qui sepulchra.C.de sepulchr.
uiol. uel quando aliquo non dato , uel promisso , sed ut
alteri complaceat Alezander. in l. 1. §. & hæc actio. nu-
mer. 4. ff. de eo per quem fact. ubi late de hac materia ,
118 & tam † mandans , quam mandatarius , eadem , l. pe-
nina puniuntur , ut per Cœpol. consil. 36. incip. in Chri-
stii, numero 10. Bart. in l. furti. §. oper. & in l. is qui ope.
ff. de fur. aut consulendo aut quando quis consuluit
aliquem interfici , uel persuadet maleficium commis-
ti , uel per litteras , ut quando nuncius porratis litteras ,
uel mediator criminis , qui puniatur ut delinquens , ut
Anchar.cap.1. de testa. in 6. tex. in l. si sciente de pari-
cid. Car. in sua prat. numero 113. fol. 69. & ista aduer-
119 tenda sunt , ut sciatur proponi accusatio uel † forma-
ri inquisitio , an de mandato , uel de consilio forman-
da sit , ut dicit Cœpol. in consil. 27. in numero. 61. Et
quando uerba possunt se habere ad consilium , uel
mandatum , uide ibi numero. 8. & 9. & late Car. in sua
pract.

C A V S A R V M C R I M I N A L I V M . 69
pract. §. circa, car. 104. num. 138. Et qua poena puniatur.
120 † consulens persuadens uel instigator , dic ut ibi per
eum.nu. 163. Aut auxilium , fauore præstanto , aut con-
sulendo , solicitando , hortando , uel infligando , quod dis-
ut per Bal. in l. ob hæc uerba. ff. de iis qui not. infam. Bar.
post Alex. in d. §. si mandato de iniuriis , & Bar. ibi in sua
pract. in numero. 280. Gramm. consi. 36.nu. 8. 14. & 15.
121 † At si quis assistit delicto seu maleficio , & potest pro-
hibere , & nō prohibet , an teneatur , ut faciens , dic quod
aut queritur de iure ciuili , aut de iure cano. si de iure ci-
uili , dic quod assistens maleficio non tenetur obuiare ,
nisi in certis casibus , ut per Felin. in capitulo. i. de off. de
leg. &c. sicut dignum , de homi. Mar. in l. 1. ff. de sie. &
in consi. 126.
122 † Assistens maleficio de iure cani differenter tenetur ob-
uiare . & non prohibens , cum potuerit , punitur , ut in c.
quando de sententia excom. Ange. in §. iuris præcepta.
numer. 5. insti. de iur. nat. gent. & civil. Roma. consil. 95
& 314. Ang. in l.r. C. de nili. age. non rump. Bland. in
123 l. fin. nu. 236 ff. de quæst. nisi † assistens maleficio uellet
constare in eo loco casu evenisser , quia tunc non puni-
retur aliqua pena , ut per Bald. & Saly. in d.l. non ideo
minus. C. de accus.
124 † Mala conuersatio in locis inhonestis , & cum ma-
lis hominibus , etiam facit inditium , nam bonus si
conuersatur cum malis , efficiunt malus , ut docet
experientia rerum magistra . ut. l. ediles. §. pedius. ibi
non solum ad corpus , sed ad animi uicia referendum
est. ff. de adil. edit. & ideo secundum Catonem , cum
bonis ambula , & ideo in dies uidemus , quod boni ob-
conuersationem cum malis hominibus , efficiuntur
mali , & aliis deteriores , & hanc opinionem tenuit Bel-
ui. in tract. de quæst. in 14. indicio. Gand. in rubr. de
quæst. 2. col. ubi duplice ratione considerat homines ,
primo a natura cum sit prona ad malum , & ista est
intrinseca . Alia uero extrinseca ob malam conuersa-
tionem cum malis , & ideo boni conuersantes cum ma-

Interrogatus in quo loco se reperiebat ipserentetus, seu constitutus tempore sequuti homicidij in personam præfati. q. Sempronij. Respondit.

Interrogatus qui habitant in domo ipsius constituti. Respondit.

Interrogatus ubi stetit illa nocte in qua successit casus mortis. q. Sempronii. Respondit.

Interrogatus cum quo, seu quibus dormiuit ea nocte. Respondit.

Interrogatus ob quam causam præfatus. q. Sempronius fuit interfectus. Respondit.

Interrogatus, an sibi constituto, uel aliis ex corcis per aliquem, seu aliquos fuit datum uel promissum, ut tale committeret homicidium. Respondit.

Interrogatus in quo loco datus fuit ordo occidendi præfatum. q. Sempronium. Respondit.

Interrogatus de presentibus ad dictum casum. Respondit.

Interrogatus si ipse constitutus unquam alloquutus fuit de hoc casu cum aliquo seu aliquibus. Respondit.

Interrogatus que inimicitia intercedebat inter aggressores ipsum Sempronium. Respondit.

Interrogatus de ordine & tractatu interficiendi præfatum. q. Sempronium. Respondit.

Interrogatus de indumentis habitu, & statura aliorum complicum. Respondit.

Interrogatus si de hoc ordine, & tractatu pluries sermo inter eos habitus sit, uel cum aliquo ex prædictis locutus fuit de die uel de nocte. Respondit.

Et admonitus quod aduertat dicere ueritatem tam circa factum, quam circa ordinem tractatum, & deliberationem committendi dictum homicidium, alter cogetur mediis iuris eam in tormetis fateri, qui bus habitus fuit reductus ad locum suum animo &c.

PRO PVRO HOMICIDIO inquisitio.

Hæc est quædam inquisitio, titulus, seu forma inquisitionis, &c. Contra & aduersus

Titum filium. q. Ioannis de Vegla.

INeo, de eo, & super eo, quod fama publica præcedente, & clamorosa insinuatione sic referente non quidem a malevolis, & suspectis, sed a ueridicis, & fide dignis personis non tantum semel, sed sepe, ac saepius ad aures, & notitiam prælibati Clarissim. Domini. potestatis eiusque Spectab. Domi. Iudicis maleficiorum etiam per modum nootrij auditu peruenit. Quod dum dictus Titus odio prosequeretur Gaium filium Ambrosii de Antiberi Taruissi commorantem, ex causa separationis cuiusdam rixæ & sequitur diebus, præcedentibus inter præfatum inquisitum, & Accusatum a serico, in qua quidem rixa, id est Titus percussus, & vulneratus fuit a dicto Accusatio duobus vulneribus, in manu sinistra, cumq. sub die 12. Febr. nuper exactis idem inquisitus de societate nonnullorum sedere super banchis prope plateam Taruissi & intueretur, Gaium illac transiuntem, querens occasionem, & opportunitatem rixandi, & ad manus uenienti cum dicto Gaio consurgens dicto loco, & se ad eam approxinquantis cœpit uti aliquibus uerbis minatoriis & parum timens vires iustitia, nulloque habito respectu loci prædicti positis manibus adensem, quam ad Lazarus habebat, furibunde irruit ad personam dicti Gaij quem vulnerauit in brachio sinistro cum incisione carnis, & sanguinis effusione, necnon percussit & vulnerauit eundem ad uiam capitis uno magno, profundo, ac lætali uulnere, cum incisione carnis, & crani, ac maxima sanguinis effusione quibus quidem vulne-

74 PRACTICA, ET THEORICA
vulneribus domum delatus, & habita per peritos de
eis diligenter medela, inde ad paucos dies obiit, com
mittendo praedicta scienter, dolose, contra Deum,
ius & iustitiam, in uilipendium regiminis, ac pa
cifici status, ac contra formam iuris, & statutorum
communis Taruisii, super quibus omnibus, & singulis;
&c.

P R O P V R O.
A L I A.

Hæc est quædam inquisitio titulus seu forma &c.
contra & aduersus

Accusum filium Matthæi de Iadra.

IN eo, de eo, & super eo. &c. quod dum præfatus inquisitus diebus precedentibus ad manus deuenisset cum Matthæo dicto Moro, famulo Laurentij de Roseris, ex causa nonnullorum arborum dictorum Polloni, quorum causa Matthæus ipse dixerat. prænarrato inquisitio, quod eos subripuerat, in campis, & terris Laurentii eius patroni, cupiensque inquisitus ipse de prædictis uerbis vindictam summere, in die lunæ 27. Febr. nuper exacti in crespculo noctis, sumpto secum ense in domo Dominici Marci Molendinarii montis Bellunæ, & transitum faciens ante ianuam magistri Baptista de Lidolo Cerdonis, super strata Callis Taruisinæ, obuiauit eidem Matthæo uenienti a laborelio suo, ad quem cum applicasset, factis prius aliquibus uerbis, ceperunt inter se manus conserere, quem Matthæum idem inquisitus punctim percussit & vulnerauit uno magno, profundo, ac letali vulnera in coxia dextra, in parte do
mestica penetrans ad intus usque ad alteram patrem dictar coxæ. cum incisione carnis, neruorum, & sanguinis effusione, ex quo quidem vulnere illico

Matthæus

C A V S A R V M C R I M I N A L I V M. 75
Matthæus ipse ad terram corruens uitio cum morte
commutauit. Comitendo præ dicta scienter & dolose
contra Deum, ius, & iustitiam, in uilipendium re
giminis.
Super quibus omnibus, & singulis idem Clariss. domi
nus potestas, procedere intendit &c.

F O R M A I N Q V I S I T O N I S
P R O P V R O H O M I C I D I O.

Hæc est quædam inquisitio titulus, seu forma, &c.
contra & aduersus Gaium & Semproniu
m Lustinopolitanum.

INeo, de eo, & super eo, quod fama publica, præ
cedente, clamorosa insinuatione sic referente, non qui
dem a maleuolis & suspectis, sed a ueridicis, & fide di
gnis personis, non tantu[m] si mel, s[ecundu]m, ac s[ecundu]m ad au
res, & notitiam prælibati Clarissimi Domi. Potestatis,
etiam per modum Notorii auditu peruenit. Quod die
lunæ proxime exacti circiter horas 23. dum Sempronius
esset, & se reperiret in domo propria penes ignem pro
se calefaciendo, & audiret rumorem quendam non mul
tum longe a domo sua per nonnullos rusticos rixantes,
domum exiliorum Gaium fratrem requirendo, ut roncu
lam tibi porrigit intercedendi causa ne quid mali
sequeretur, quam cum Gaius ipse a ferre recusaret incli
mans se deorsum, sexus de terra sustulit, quem manibus
deiice re uolens ad personam ipsius Gaii, Casiam quan
da percussit. Ultra quam eo tunc aderat Franc. filius Do
nati de Iadra, qui occasionem, quarens rixando, dixit
erga ipsum Sempronium, che uol dir quæsto trarre, &
responderet ipso Sempronio, non trago a te, ma a Gao
mio fratello, non gli posso io trarre. Tunc Franciscus
ipse quarens opportunitatem ad manus ueniendi cum
prædicto Sempronio accessit ad locum ubi erat ipse
Sem-

Sempronius, ad cuius personam cum appropinquasset manibus apprehendit per duploidem, & sic ita adinu-
cerat altercantibus superuenit Gaius eius fratre, qui uolens fratri auxilium præbere apprehenso manibus cultello, quem ad latus habebat punctum admenauit ad personam eiusdem Francisci, quem uulnerauit duo bus magnis, profundis, ac lata libus uulneribus in dor-
so cum incisione carnis, & sanguinis effusione, qui domum delatus post dies octo occubuit uulneratus af-
fistente ibi semper dicto Gaio auxilium, consilium, &
fauorem cooperativum præstante, committendo præ-
dicta scienter, & dolose contra Deum, ius, & iusti-
tiam, &c.

Super quibus omnibus & singulis, &c.

S V M M A R I V M .

- 2 *Iudici constare debet de delicto, antequam contra aliquem procedat.*
- 2 *Rectores terrarum, an debeant mittere iudicem ad conspi- cienda uulnera cadaverum.*
- 3 *Inimicitia, an faciat indicium.*
- 4 *Causa inimicitie, an exprimi & probari debeat.*
- 5 *Solitus delinquere, an habeat inditium contra se.*
- 6 *Offensus si haberet unicum unius, & plures fuerunt in rixa, a quo illatum esse credatur.*
- 7 *Fugiens cum gladio in manus sanguinolento, an habeat contra se inditium.*
- 8 *Fugiens ex aliqua domo cum gladio sanguinolento, & cum facie pallida, an sit sufficiens indicium ad condemnatio- nem.*
- 9 *Vixus admenare gladium nec appetere de percussione, an sit inditium ad torturam.*
- 10 *Contra deferentem armas, an lex presumas omne malum.*
- 11 *Palliditas, & trepidatio, an faciat inditium.*
- 12 *Affertio uulneris in articulo mortis, an faciat inditium contra uulnerantem.*

- 13 *In articulo mortis, an quis presumatur immemor salmis eternae.*
- 14 *Affertio, offensio, an faciat suspicionem ad inquirendum.*
- 15 *Contumacia, an faciat sufficiens inditium ad torturam.*
- 16 *Consumacria, an inducat quem culpabilem absque alii indis- tinctis.*
- 17 *Infamia delinquens, an faciat inditium ad torturam.*
- 18 *Confessio socij contra socium criminis, an faciat indicium.*
- 19 *Distitutio socij criminis contra socium, an faciat inditium ad tor- turam.*
- 20 *Resistentia facta per aliquem ne malefactor capiatur a familiis potestatis, an faciat inditium.*
- 21 *Deprehensio in delicto, an faciat inditium ad torturam con- tra se.*
- 22 *Eur deprehensio in crimen furii, an possit furca sus- pendit.*
- 23 *Clericus repertus in fragrantia crimine adulterij, an pater uel maritus possit eum occidere sine incuria excommunicati- onis.*
- 24 *Taciturnitas socij quando socios reperiuntur mortui in domo, an faciat indicium contra se.*
- 25 *Acclamatio, an faciat inditium.*
- 26 *Mulier reperta uulnerata in aliqua domo, an praesumptio in- surget contra excusam de dicta domo, cum gladio euagina- to in manu.*
- 27 *Frequentatio assidua an faciat inditium contra delinquentem in delictis.*
- 28 *Sciens, & non prohibens eum potuerit, an habeat inditium contra se.*
- 29 *Prohibere potens, & non prohibens, an dicatur particeps deli- cti.*
- 30 *Recipiens malefactorem in domo post delictum commissum, an dicatur concius eiusdem delicti.*
- 31 *Coniunctus cum malefactore in aliquo affinitatis gradu, & ei recipiens, an dicatur particeps & concius eiusdem deli- cti.*
- 32 *Affertio mandatorij, an faciat inditium contra mandatorem.*

- 33 Dictum mandatary *contra mandantem, an faciat probatum*
- 34 Dictum mandantis, *an faciat indicium ad torturam contra mandatorios.*
- 35 Petitio uenire extra iudicium, *an faciat indicium.*
- 36 Confessio extra judicialis, *an faciat indicium ad torturam.*
- 37 Cohabitatio cum inimico, *an dicatur inimici.*
- 38 Mortuus in domo, *an iudicatur. Et presumatur interfectus ab habitantibus in eadem domo.*
- 39 Trepidatio, uariatio, & pallor in reo, *an sit sufficiens indicium ad torturam.*
- 40 Vita mala rei iniurianti, *an sit sufficiens indicium.*
- 41 Deploratio facta in domino alicuius, & de morte illius, & de iustici non sit data nocti, *an ex hoc insurgat indicium contra inhabitantes in dicta domo.*
- 42 Repertus prope mortuum cum aliqua arma, *an indicetur.*
- 43 Si plures fuerint in rixa, & unus fuerit letalis vulneratus, *an omnes uel nullus teneantur.*
- 44 Vulnerans an semper teneatur de occiso.
- 45 Medicis & peritis semper standum est in materia vulnerum.
- 46 Vulnera mortalia ab aliquibus illata, omnes teneantur ut principales, uel ut opem praestantes.
- 47 Vulnus de per se non mortale, sed illatum in corpus aeratum, *an mortale iudicandum sit.*
- 48 Percussus uel vulneratus, qui ex intervallo decepsit, *an ex vulneribus, uel ex alia causa decepsisse intelligendum sit.*
- 49 Vulneratus non adhibens medicum, & mortatur, *an vulnerans de occiso teneatur.*
- 50 Delinquens in una iurisdictione, *an in alio loco puniri posset.*
- 51 Delictum commissum in alieno territorio, *an possit per indicem originis quis puniri, uel ne.*

I CCIENDVM est autem, quod iudicium in primis constare debet de delicto perpetrato, antequam procedatur cōtra aliquem, ut in criminē homicidii, de corpore interempto, &c in casu furti de refurata, & subtracta, uel per famam in vicinia, aut alibi prout informari poterit iudex, ut dicit Ias. in I. iusurandi. S. procurator, de iure iur. Bar. in I. fin. in princip. ff. de 2 quæstio. Blanc. in I. fin. eo. tit. nume. 15. & ideo † Rectores terrarum, & locorum antequam contra aliquem procedant processum formant, mitiuntque Iudices & officiales cum notariis ad uidendum cadaver hominis interfecti, & ad conspiciendi vulnera in dictis cadaveribus illata, testes examinando, prout seruat haec tenus, consuetudo. Quod utique formari debet, & appellatur, uisum & repertum.

FORMA CONSPICENDI CA
DAVERA, ET DESCRIBENDI
vulnera mortuorum, Quæ appellatur uisum & repertum.

VISVM & repertum fuit per Sp. Domi. Iudicem malefiorum, Clarissi. Potesta. Veronæ cadaver unius hominis masculi ætatis ex aspectu (ut videbatur) annorum triginta, uel circa posito in quodam feretro in medio ecclesiæ sancti Petronii inductum, pannis nigris, quod denudatum uolutum, & reuolutum per Raphaelem monticulo præconem officij maleficiorum compertum est habere infra scripta vulnera uidelicet.

Vnum uulnus in pectore penetrans ad intus per palmum facta experientia per dictum præconem styllo ferreo quod uideatur esse factum pugione, uel simili armorum genere. Item aliud uulnus in fronte transuersus penetrans ad intus per duos digitos quod uideatur esse factū, ense, uel simili arma incidenti.

Cuius

Cuius quidem cadaueris nomen, dum esset in humanis vocationibus, cabatur Sépronus filius, q. Gireli Vallis Pulicellae prout iuramento affirmauerunt Antonius & Franciscus de eadem villa Vallis Pulicella, &c.

FORMA PROCLAMATIS mandato Iudicis.

QVI. sp. D. Iudex maleficiarum contra predictos procedere intendens, iussit, ac mandauit prenominatos reos citati, ac seruatis seruandis proclamari debere, ut iustitia suum sortiatur effectum, ideo citantur vocantur, & stridantur infra scripti omnes. vcz. A. & B. Quod in termino dierum nouem proxime futurorum, quorum tres sint pro primo, tres pro secundo, & reliqua tres pro tertio, ultimo & peremptorio termino personaliter comparere, & presentare debeant ad publicos carcerae suæ M. ad se tuendum & excusandum, ac defendantum ab inquisitione, seu accusatione supra scripta, & contentis in ea, ac processu subinde formato, ut supra. Alter termino ipso transacto, & ipsis non cōparentibus, uel se presentantibus ad excusandum, ut supra contra eos & quemlibet ipsorum, procedetur, prout iustitia requirit, & suadebit absentia eorum, uel cuiuslibet eorum non obstante.

Retulit A. p̄ce ac Tibicem, se mandato prælibati magnifici d. potestatis loco, seu solitis locis sono tubæ præmisso hora debita, in culmine mercatus quamplurimis astantibus publice & alta uoce stridasse, ac proclamassemus supra scriptos inquisitos in omnibus, ut supra continetur.

DE MODO, ET FORMA CITANDI reos criminis.

Formato itaque per iudicem maleficiarum processu omni cum diligentia proclametur reus uocis tubæ sonata

CAVSARVM CRIMINALIVM. 81
nitu præmisso ad personaliter præsentandū ad carcerae in term. dierum 9. & secundum uarietatem locorum variantur etiam termini dilationum, nam in hac alma ciuitate ex stilo & communi obseruantia prolamatur rei in term. dierum 8. proxime futurorum, qui si non cōparent bannijuntur de Venetijs, & de oībus terris & locis illis. Duc. Do. cū poena annotationis, seu confiscationis honorum, secundum atrocitatem delicti. in Gallia uero ex usu fori diuersimode citantur, quandoque in term. dierum 10. aliquando dierum 4. secundum atrocitatem criminis, ut Guido papa. d. 429. In terris autem maritimis quasi communiter prolamantur in termi. dier. 20. proximi futurorum, prout Chersi. ex forma sibi tradita per Cl. d. Syndicos terræ Dalmat, quæ infra scri. citatio, seu proclama, sit & fieri debet primo personaliter si haberi potest, si minus ad domum solitæ habitationis, uel pro proclama, de qua per Bar. in l. inter. ff. de pub. iudic. & sing. Bald. in l. accusatorib. de accus. nume. 15. ubi multa late.

3. **I**nimicitia an faciat inditium, uide si causa inimicitiae est grauissima, & ex causa famosa, tunc facit inditium, ut Bal. in consi. 138.3.uol.consi.78.nu.2.all.Cy. in l. fi. de quæst.uol.3. Et quæ dicatur inimicitia capitalis, uide Bal. consi.41.5.uol. nu.2. Bar. in l.3. §. fin. de adim. legat & uide etiam Gramm. uoto 34. nume. 4. 5. & consil. 44.9. & 46.num.9. & consil.3. num. 5. & 10. de amic.consi.51. & Blac. in l. fi. de quæst.nu.89. & 91. Bal. in l. i. C. de sic & aduerte, quid causa inimicitiae exprimi, & probari debet. ut per Marsi. in sing. suis. 178. aut enim inimicitia ori ex lite, aut opinione, aut iniuria. ut Blac. ibi n.91. Bar. Marsi. in l.i. §. præterea, ff. de quæstio. afferentes quod aut inimicitia oritur ex causa leui aut graui seu capitali : si ex leui causa oriatur, nō oritur inditium, † si uero ex graui, & capitali, tunc resultat inditium, & sic cum ista op. pertransiunt ferè omnes doct. Hip. in pra. cri. in §. diligenter. numer. 6. 9. & 70. &

F duplex

plex est inimicitia secundum Pet. Sant. Lusit. in tract. de spō. merca. cat. 41. n. 42. Bal. in l. pen. ff. sol. ma. Ang. in §. inimicitia. init. de excus. eut. & Gramm. deci. 28. nu. 5. & Rom. in l. 1. §. hoc. ff. ad fillan.

5 † Solitus delinquare habet inditium contra se, ut uoluit Marſi. in §. diligenter, nu. 99. in sua pract. fol. 17. Saly. in l. fin. C. de quæſt. & in l. ſeruos. C. ad l. iul. de ui pub. Alexand. in consil. 77. incip in causa accusationis. 3. col. ibi. 5 indi. & in consil. 50. Visis & oportune, primo uol. dicens quod si plures fuerunt in rixa, & offensus non habet niſi unicum uulnus & ignoratur, a quo fit il latum, si fuerit † unus ex ipſis uir malæ conditionis, & famæ, & solitus delinquare, is talis torqueri poterit. Blanc. in d. l. final. de quæſtio. num. 246. Barto. in l. fin. ff. co. Bal. in l. fin. ff. de hære. inſtit. Fran. Brun. in tract. de inditio uersic. circa tertium, col. 7. dicentes. Quod solitus delinquare habet contra se iuris præſumptionem, ut Cate. in sua practi. §. homicidii. numero 35. fol. 61. & not. quod solitus differt a conſueto. ut Barto. in l. mela. §. ſed si alimenta. ff. de aliment & cib. leg.

7 † Fugiens cum gladio in manu euaginato ſanguinolento de aliquo loco in quo reperiatur ibi homo mortuus habet ſuſpitionem, & inditium contra ſe ad retenzione, & torturam, ut dicit Bart. in l. fur. manifestus, in princ. ff. de fur. Aret. in cap. tertio loco, de probat. Bal. in l. neque natales in fine. l. colu. de probatio. Ang. in tract. maleſiciorum, in uerſi. fama publica ibi quæro. numero 17. imimo dicit in l. fin. in princ. ff. quod met. cauſa. Angel.

8 † Quod si quis est uifus exire ex aliqua domo cum gladio ſanguinolento, & cum facie pallida. Quæ domus non habet, niſi unicum hoſtium, & intus reperiatur homo mortuus, quod eſt ſufficiens inditium ad condemnationem, & alleg. Tom. pipara. prout refert Ioan. Andr. in addit. ad Specu. in titu. de probatio. §. 1. uerſic. is, & iſta eſt communis opinio prout refert Blanc. in l. fin. ff. de quæſtio. num. 292. Carc. in sua practi.

Et. fol. 33. nume. 135. Marſi. in rub. C. de proba. nu. 237. ubi dicit, quod homicidium dicitur maniſtum cum enſe ſanguinolento, quando quis eſt uifus exire aliquā domum & poſt puiſſum auditus eſt clamor, & in domo repertus eſt homo mortuus, & not. quia ſeruiet tibi ad multa.

9 † Viſus admenare gladium, licet non appareat de percuſione, & ſic de actu proximo, facit inditium ad torturam, qui deponit de actu proximo maleſicio, & homicidio, ut Ioan. Andr. in addi. ad Speculat. in titu. de probat. §. 3. uerſic. 13. dicens quod lex præſumit omne malum † contra deferentem arma, ut l. unica. C. ut armorum uetus lib. 11. Ange. in uerbo fama publica, uerſicu. quæro an unum inditium nume. 18. alleg. Imo. in l. fin. de hæred. inſtit. Pau. de Caſt. consil. 197. in primo uolum. Alexan. consil. 15. in 1. uol. Coepol. consil. 32. & consil. 39. & Pet. de Anch. consil. 254. Bal. inc. §. ſiruſtius de pace tenend. in uif. feud. & Ange. in l. 1. §. occiforum. ff. ad Syllan. Coepo. in consil. 32. nume. 5. Ro. in l. p. §. hoc reſcriptum. ff. ad Syllan.

10 † Palliditas, & trepidatio eſt optimum ſignum, & inditium, ut uoluit Ioan. And. in addi. ad Spe. in titu. de proba. §. ſupra uerſicu. is, circa fin. Barol. in l. de minore. §. plurimum, de quæſt. Bald. in l. 3. C. de teſtibus, & in l. 1. in princip. C. de epifco. audi. colum. 1. uer. item ponit iudex. Iaco. de Beluſi. in sua pract. criminali in titulo de quæſtion. colum. 3. qui reddit rationes & iura, Franciſeus Brun. in titu. de inditiis. colum. 12. uer. alia quædam inditia, Marſi. in sua practi. §. diligenter, nu. 74. Blanc. in l. fina. de quæſtio. nume. 259. Bald. in l. presbyteri, in princip. de epifco. & cle. cum infinitis. Gramm. uoto 30. nume. 4. ubi bene.

11 † Affertio facta per uulneratum in articulo mortis, an faciat inditium contra uulneratum, dic ut per Bald. in consil. 25. incipiente in caſi ſuper quo in col. 2. in 1. uolu. Marſi. in sua practi. cri. numer. 117. §. diligenter, dicens quod nemo præſumitor ſenacem ex

- 13 latus suæ in articulo mortis,† maxime ille qui laborat in extremis, contra quem non potest cadere aliqua præsumptio quod mentiatur. Old. consil. 192. uerific. ijs igitur præmis. & Alex. consil. 228. ponderatis, narratis. in Them. uol. sexto. Blan. in l. si de questio. num. 390. Carre. in sua pract. fol. 31. numer. 124. Ang. in l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad syllanianum.
- 14 † De ci. in consil. 363, sicut quod assertio huiusmodi facit leuem suspicionem ad inquirendum, & non est sufficiens inditium ad torturam, nisi alii concurrentibus. Bal. in tit. de pace constantia in uerbo uassalli dicit morientem non esse sanctum Ioannem Baptistam, & quod si dictum morientis probaret esse testis in causa propria. Quod utique a iure est prohibitum, quod tamen distingue, ut per Blanc. in d. l. si. numer. 393. 394: Mar. in in singu. suis nu. 22. fol. 4. incip. confessio offen si. Sed facit uilem præsumptionem, & talis assertio non facit inditium ita Ang. in l. mater. C. de calum. Alexan. consil. 14. in 3. uol. Gram. consil. 42. numer. 7. & Bald. in cap. literas, de presumpt. ubi dicit quod quandoque mouens mentitur.
- 15 † Contumacia an faciat inditium ad torturam contra contumacem dic ut per Bal. in l. in 11. col. C. de heret. instit. Franciscus Brun. in tracta suo de inditijs, in 35. col. in princ. in uer. addo alium, Marfi. in sing. suis. 117. inci. ad torturam &c. Idem in l. de unoquoque. 38. col. in si. de re iudi. & in §. diligenter, nu. 136. in sua pract. Car. fol. 26. nu. 114. dicit quod sola contumacia non facit quem culpabiem absque aliis inditijs.† Sed est sufficiens inditium ad questionem habendam concurrente banno ultra contumaciam, alleg. Bald. in l. 1. C. de heret. instit. quod dic ut latius per Carre. in nume. 114. & Blan. in l. fin. de questio. nu. 272. sing. Bald. in capitul. 1. §. iniuria, uerific. quaro utrum ualeat statutum de pace iura. fir. ubi dicit, quod ex sola contumacia, potest ad mortem quis damnari, ut ibi, quod not. & Barto. in l. diuus, nu. 4. il secundo. ff. de custo. reo.

Fame.

- 17 † Famositas delinquentis, an faciat inditium. Car. in sua pra. capitul. 1. nume. 148. tenet quod sic sed nullam rationem assignat. Tu uero, dic quod infamia delinquentis tam iuris, quam facti facit reputari infamem uilem personam. Et quando uita & status alicuius legibus & motibus est reprobatus, runc facilissime potest reus diffamatus detineri, & torqueri, ut Grammat. in uo to. 3. numer. 27. & 28. & uoto 3. numero. 37. nec potest formari inquisitio contra aliquem de aliquo crimine, nisi præcedat diffamatio. Secundum communes Doct. opiniones. in capitu. qualiter & quando, & capitulo. inquisitionis, de accusat. Ange. in l. si uacantia. C. de bonis uacantibus. Bart. in l. de minore. §. tormenta. numero 15. ff. de questio. & Bald. in l. Cassius, de Senat. Alex. consil. 179. 2. uolu. Coepo. consil. 17. Gramm. consil. 34. numer. 6. Anch. consil. 189. unde si contra aliquem præcedat diffamatio pro furto, homicidio, uel aliquo alio delicto, poteris detineri, & ad questioinem ponis, pro illa imputacione, pro qua derentus fuit, diffamatione tamen præcedente. iuribus prædictis, qua quidem infamia quatuor prodicit effectus secundum Bartol. & Bald. Primo, quia repellit infamem a quaunque dignitate; ut Barto. in d. l. cassius & Coep. consil. 57. numer. 7. alleg. relegatorum. ff. de inter. & releg. Bart. in l. eadem. §. hac. l. numer. 3. ff. ad. l. Iul. repet. Cano. in regula, infamibus, de regi. iur. in 6. Secundo attenuat testimonium Bald. in l. cunctos populos. C. de summa iuri. Bartol. in d. l. cassius. Marfi. in §. aggredior. numero. 66. in sua pract. cri. Tertio repellit a querela, ut Bartol. in l. qui accusare. numero. 6. ff. de accusat. Cyn. & Salyc. in l. si magnum. C. qui accus. pos. & in tract. meo ad defen. capitulo. 37. numero 1. Quarto querelam inducit, ut l. fratres. C. de inof. testam.

- 18 † Confessio socii criminis an faciat inditium contra socium eiusdem criminis; dic quod non, ut per Gand. in rub. de questio. 3. col. numero. 16. Bart. in l. 1. §. si ser-

F 3 uus,

PRACTICA, ET THEORICA

vus, & in l. reperi. §. i. ff. de quæstio. Ange. in glo. fama publica. uers. quæro an particeps, & in 10. quæst. in tract. maleficiorum nu. 3 i. Saly. & Bald. in l. fin. C. de accus. Marſi. in §. diligenter, nume. 60. Car. 16. uer. ul terius quæro an socius criminis. Fulgo. consil. 71. Cœpo: consil. 3 i. Roma. in consil. 154. Deci. in consil. 234: numer. 2. Paris de putoe in uerbo tortura, lo tertio, in uersi. an stetur dicto torti. ex quorum omnium dictis cœcluditur, quod confessio, & dictum socii criminis nō facit inditium ad torturam, & minus potest contra cū formari inquisitio. Deci. consil. 189. nu. 7. & ita communiter per docto. tenetur, ut latissime per Marſi. in dicta sua practica. §. diligenter. num. 59. fol. 15. ut ibi per eum, Ang. in tract. maleficiorum in uer. fama publica precedente. numero 3 i. fol. 37. ibi quæro. numero particeps criminis. Alex. consil. 12. numero. 16. uolu. 4. contr. Resistentia ne malefactor capiatur a familia potesta tis an faciat inditium talis resistantia, dic ut per Carre. in sua pract. fol. 33. numer. 1. Marſi. in l. 1. ff. de siccā. numero. 78. & num. 25. Ioan. de amicis in consil. 134. Paris de put. in suo tract. in uerbo resistantia, Alex. consil. 35. 2. uolu. Cœp. consil. 14. numero. 4. Felin. in. cap. afferre, de prælump. Gand. in rub. de inditiis in dub. numer. 19. uersi. 4. ind. Blanc. in l. fin. ff. de quæstio. numer. 294.

21 † Deprehensns in delicto, an faciat inditium ad torquē dum, dic ut Panorm. in c. cum non ab homine, uersic. ad secundum. de indi. Alex. in consil. 216. nu. 2. 3. & 4. in cip. pôderatis. in uol. 3. Marſi. in l. unius. §. cognitum.

22 ff. de quæstionib. numero. 84. † dicit quod fur depræhensus in flagranti crimine, potest illico furca suspensi, idem Marſi. in l. unica. C. de raptu uirginum, numero. 88. & 89. Dicens, quod si clericus reperiatur in flagranti crimine, quod pater, uel maritus potest cum occidere sine incurſu excommunicationis. alleg. Bal. Angel. & Rapha. cuman. in lege quid ergo. §. si hæres. ff. de leg. primo.

24 † Tacitur-

CAVSARVM CRIMINALIVM. 87

24 † Taciturnitas socii facit inditium contra ipsum, quando reperitur socius mortuus in domo, & non denunciat ex hoc mortem socii, & poterit index securè ipsum quæstioni subiictere. Ita not. dicit Ludo. Rom. in l. excipitur, in fin. ff. ad fillani. Paris de put. in tract. finit. in fol. 99. in secunda colu. Marſi. in §. diligenter. numero 150 & §. expedita, numero 93. in practi. crimi. Carre. in sua practi. fol. 34. numero. 142. quem omnino uide Blanc. in l. fin. ff. de quæst. num. 274. Ange. in uer. fama publica, numero 53. fol. 39. lo. And. in cap. signifi cati de domi.

25 † Acclamatio facit inditium, ut puta si in aliqua domo, uel loco audita fuerit puella, seu aliquis de domo acclamans succurrere, Et uisus est ex prædicta domo exire aliquis cum ense, uel gladio euaginato in manu, & mulier reperiatur ibi vulnerata, præsumptio

26 est contra illum tam ex euentem de dicta domo pro ut uoluit Nico. de matar. in l. final. de probat. Brun. in tract. de inditiis. colum. 17. uersic. item ponit Paris de putoe in tract. maleficiorum, in uersic. tortura, lo primo, in uerbo uiso de inditiis. Car. in sua pract. numero. 136. fol. 33. Blanc. in l. fin. ff. de quæstio. numero. 209. fol. 76. Alex. in apost. ad Bart. in l. fi. ff. de quæstio. in uerbo inquirere.

27 † Frequentatio assidua in loco commissi criminis, an faciat inditium, ut puta si reperiatur aliquis mortuus in aliquo loco, & nesciatur a quo fuerit interfectus: an præsumptio insurgat contra illum, qui in eo loco multum conuerfabatur, tu tene quod sic, maxime si is talis erat malæ uite, conditionis, & famæ, ut Bart. in l. iusto. ff. de usucap. in princi. & l. 3. ff. de fur. Marſi. sing. 378. incip. Geminatio, uersic. & facit etiam Paris. de Put. in tract. Sydicat. in uersi. si quis est inuenitus, alle. Bart. in d. l. 3. ff. de fur. ubi tenet, quod optimè sumitur inditium, contra ualde frequentantem viam in delictis, prout etiam uoluit Bal. in l. multum. C. si quis alteri, uel sibi, & in l. i. C. de seruis fugit. Carrer. ip

F 4 sua

88 PRACTICA, ET THEORICA
sua pract. nu. 140. Alex. consil. 71. nu. 2. in conf. crim.
uolum. 2. cum aliis infinitis.

- 27 † Sciens, & non prohibens cum potuerit, habet inditium & scientiam delicti contra se, ut in l. culpa careret. ff. de reg. iur. capitul. sicut dignum, de homicid. Angel. in gl. fama publica, uers. quarto an unum inditium in uerb. sed addit. num. 20.
- 28 † Nam qui potuit prohibere, & non prohibuit, uideatur esse particeps delicti, ut late dixi in uersi. notandum est autem, circa finem, in fine. Ang. §. iuris pra. cepta. nu. 5. inst. de iure nat. gen. & civil. Bal. in l. rapto. nu. 2. C. de episc. & cler. & l. 1. nu. 19. C. unde ui. Flor. in l. Scientiam. §. qui cum alter. nu. 9 ff. ad laquili. & Dec. in c. 2. nume. 38. 39. & 40. de off. deleg. Gand. de presumpt. num. 24.
- 30 † Recipiens malefactorem in domo sua post delictum commissum habet inditium contra se, quod fuerit conscius eiusdem delicti, † nisi fuerit coniunctus cum reo, seu malefactore in aliquo affinitatis gradu; ut per Bal. in l. fin. de offi. proconfu. Marfil. in l. unica, numero. 197. C. de rap. uirg. Fely. in capit. afferre, pen. col. de presumpt. Gand. in rubr. de inditiis inhibitus super tertio inditio, & Bonifa. in rubr. de inditiis, Carc. in sua pract. fol. 33. nu. 130. Marfil. in l. unica, nu. 196. C. de raptu uirg. & Luc. de pœ. in l. 1. col. 2. C. de num. & adiutorib. dicunt quod uisitatio, receptatio, & etiam similia inditium faciunt.
- 32 † Assertio mandatarii contra mandantem an faciat in inditium, dic ut per Bald. in consil. 97. quinto uol. Marfil. in §. diligenter, numer. 37. uersi. quarto igitur, ubi dicit, quod dictum mandatarii facit inditium contra
- 33 mandantem, † quo ad instructionem, non autem quo ad probationem. alleg. Alexand. in consil. 88. incipiente, quoniam omne, quinto uolu. Idem Marfil. in l. 1. §. si quis dicatur. 1. colum. de quest. Paris de put. in sua practica in uersi. tortura, lo tertio, dicens, quod communis opinio est.

34 † Quod

CAVSARVM CRIMINALIVM. 89

- 30 † Quod dictum mandantis, seu mandatarii, non facit inditium ad torturam nisi aliis concurrentibus.
- 35 † Petitione ueniae extra iudicium faciat inditium, uoluit gl. in cap. exhibita de homici. in fin. quod non Abb. Ioan. Andr. Ioan. de Ana. & Hostien. distinguunt. Quod autem quis petit ueniam solemniter, & in iudicio, & tunc uideretur fateri delictum, ut dicit text. in capitulo uenerabilis, de electione, aut quis petit ueniam extra iudicium, & tunc non uideretur fateri, & maxime si comprehendendi potest, quod id ex benignitate, & humilitate petatur. Hoc idem uoluit, Roma. in l. 1. ff. de oper. noui nuncia. in 2. notabil. Coepo. notabiliter consil. 21. numer. 1. Blanc. in l. fin. de quæstio. numero. 308.
- 36 † Confessio extra iudicialis an faciat inditium, uide late Carre. in sua pract. fol. 29. numer. 121. ubi dicit, quod si confessio est per testes & contestes comprobata loco, & tempore, tunc talis confitens potest torqueri. alleg. Bart. in l. capite quinto. ff. de adul. Alex. post Bartol. in l. quoniam. C. de infamib. & in consil. 133. nu. 12. uol. 7. Bald. in l. 1. colum. ulti. C. de confess. Ias. in l. magistratibus. ff. de iuriis. omni. iudi. Marfil. in §. diligenter, car. 16. uersi. quarto ulterius, numero. 76. an confessio, & in §. examinanda, & in §. quoniam, in sua pract. crimi. & in sing. suis. 310 & 594. Bald. in l. clarum. C. de aucto. præstan, alias si talis confessio non esset certa, & uerisimilis, loco, & tempore non aliter faceret inditium, quod dic ut late ibi per eum dum modo per duos testes sit comprobata, ut Barto. in l. fin. C. fam. her. Blan. in l. fina. num. 206. ff. de quæstio. Alcia. in l. fugitiuus. ff. de uerbo. oblig. qui plura dicit, & accumulat. Paris tracta. sündic. uersi. tortura ibi quia. nu. 15. Fel. in c. at si clerici. 4. colum. 2. uersi. utrum autem cum plures de indit.

- 37 † Cohabitans cum inimico meo habet presumptiōnem quod sit inimicus meus, ut Fely. in c. cum oporteat in quinto nota. de accusat. & ibi Abb. Gand. in tract.

90 PRACTICA, ET THEORICA
trac. maleficiorum de præsumpt. col. penul. uer. secūdū
nu. 17. Bald. & Saly. in l. liberi. C. de inoffi. test. Bart. in
l. sciendum. §. si accusatio. ff. de legat. Blanc. in l. fin. de
quæstio. nu. 163. Bart. in l. si quis. nu. 8. C. de testi.

38 † Mortuus in domo habet inditium contra existentes
in ea, ut præsumatur imperfectus ab his qui in ea habi-
tant, ut uoluit Dy. in l. prima. §. si quis in villa. ff. ad sil-
ianianum, Rom. & Moderni. ibi Paris de pat. in tracta-
tu. sindi. in uerbo mandauit, col. 5. uersic. si reperiatur
Ang. de malef. in uer. fama publica, numero. 53. uer.
quid autem si sunt quinque Ioan. And. in ea. significasti
extra de homicid. Alber. in tracta. statutorum, in secun-
da parte, quæstio. 17. ubi disputat ad partes glo. nota-
bilis, in cap. quiescamus. 42. dist. & ibi Archi. in cap. no-
lite. 1. q. 3. Hostien. in summa in titul. de homicidio.
§. qua poena, uersic. sed nunquid omnes, & Moderni.
doctores in d. cap. significasti ut supra, & Blanc. in l. fin.
de quæst. num. 299.

39 † Trepidatio, uarietas, inconstantia, & pallor in reo
facit inditium ad torturam, ut uoluit Barto. in l. de
min ore. §. plurium. ff. de quæstion. Ange. in tracta. de
malefic. uersicu. fama publica, numero. 105. fol. 25.
Matsi. in auerolda. §. diligenter, numero. 74. & 98. & §.
quoniam, numero 27. fol. 26. Blan. in l. fina. num. 259.
& 263. ff. de quæstio. & nume. 264. Car. in sua practica,
numer. 119. fol. 29. & dixi supra Marsi. in sing. suis nu.
103. fol. 10.

40 † Vita imputati bona, & mala facit inditium, ut sin-
gulariter uoluit Barto. in consil. suo. 192. incip. d. Paci
de burgo. Quem sequitur. d. Bald. in consil. 13. 1. incip.
uisis in 2. colum. 2. volum. Fely. in cap. ueniens. 5. colum.
de testib. Alexand. in apostil. ad Bart. in l. fin. de quæ-
stio. ibi & si tu. Blan. in ea l. numero. 241. fol. 66. Car-
re. in sua practica. fol. 33. numero. 128. dicit quod tale
inditium cum aliquo ex predictis est sufficiens ad tor-
turam, alleg. Alexand. in consil. 5. nu. 3. consil. 50. nu.
8. & 77. numer. 2. 1. uol. Marsi. consil. 44. Gramm. consil.

CAVSARVM CRIMINALIVM. 91
45. nu. 3. l. & in uoto. 3. nu. 5. & dixi si pra. nu. 27.

41 † Deploratio in domo alicuius, facit inditium, & præ-
sumptionem, ut puta si reperiatur homo mortuus in
domo alicuius, & vicini dicant per diem ante audiui-
se in illa domo puerum plorantem, nec de morte illius
data sit iudici notitia, ex hoc surgit sufficiens inditium
ad torturam, ut dicit Bartol. in l. de pupillo. paragrapho
si quis ipsi prætori. ff. de oper. noui nunc. Bald. in capit.
cum nostra in fin. de re electi Car. in sua practi. nume.
146. fol. 3. 4. Paris de puto in suo tract. sindi. in uersic.
tortura in fin. uers. secundum Dyn. esse argumen. num.
8. fol. 106.

42 † Repertus prope mortuum cum aliqua arma, uel in lo-
co commisi delicti habet satis sufficiens inditium ad
torturam, cum sit inditium propinquum maleficio, ut
dicit Bartol. in l. fin. uer. sed quæsto, in fine. numero. 6.
ibi, uel captus. ff. de quæstioni. & ibi doctores Mo-
der. Paris de pat. in tracta. sindi. in uerbo tortura lo ul-
timu si quis est inuentus, numero 13. fol. 106. Quod in
telligo iudicio meo illud procedere quando in visio-
ne cadaueris clare constaret offensum habere vuln-
era conuenientia armis aggressorum & delinquentis,
quod not.

43 † Nunc in dubium reuocatur, si plures fuerunt in rixa
quod unus obiit ex unico uulnere, quæritur, an omnes
uel unus, aut nullus de occiso teneatur, hoc dubium est
antiqui, & uarii, uaria sensere. Aliqui tenuerunt omnes
teneri, per gl. in l. si in rixa ff. ad l. Cor. de sicc. Ex quo
satis appetat omnes cum armis insultum fecisse, & ideo
animus malus præsumirur. ut c. i. de præsumpt. & si non
omnes uulnerauerunt, ex quo obiit unico uulnere, atta-
men omnes tenentur de fauore insultu, & animatio-
ne, ex quo insultatus redditur timidor, secundum In-
nocen. & Ioan. Andr. in capitulo continentia de cler.
percuss. quidam uero propter incertitudinem tenu-
erunt nullum ex eis de homicidio puniendum, quia
licet certum sit, unum fore culpabilem; ex quo ex
uulnere

vulnerare illato obiit, at tamen quia non appetet, quis ex eis vulneris letale inflixerit. Ideo arguitur nullum esse puniendum, quia sanctius est nocentem absoluere, quam innocentem damnare, vulg. l. absentem. ff. de peenis. Dyn. Saly. Cal. & Anch. in consil. 2 16. tenerunt omnes pecunialiter fore condemnandos, propter deci. §. item si plures. l. item mala. ff. ad. l. acquil. & per gloss. in l. si in rixa. ff. ad. l. cor. de sicca. ego uero meliores eligendo teneram, quod si ex armis rixantium appareret, quod unus ex eis habetet arma convenientia ex vulneris letale illatum concurrente infamia percussoris, indubitate tenerem illum talem puniendum esse pena. l. cor. de siccar. reliquos uero condemnare penam pecuniaria, & hanc querestionem examinatur per Marsi. in tubr. C. de probat. num. 4 18. in sing. suo 2 17. incip. ter tuel quater, & late per Anch. consil. 2 16. Alber. in 3. parte statuit. q. 44. nume. 4. & 5. Alex. consil. 15. num. 4. uol. p. Rom. consil. 40. Felynus in ca. significasti, et 2. col. 3. de homic. Grammat. deci. 2 5. num. 6. cum multis aliis.

43. † In casu uero puri homicidii omnino animaduertendum est, quod interdum occisus vulneratur ab uno, quandoque a pluribus, & vulnera illata quandoque sunt mortifera, quandoque non interdum dubitatur. Primo casu dicendum est, quod aut vulneratus decepit sine notio iactu, † & vulnerans semper tenetur de occiso, ut. l. huic. §. si tertius; l. si ex plagiis, in princi. ff. ad l. acquil. aut vulneratus decepsit ex novo iactu, & tunc aut vulnerus fuit illatum ab eodem vulnerante, aut ab alio, si ab eodem tunc tenetur de vulnerato, & de occiso. l. illud paragrapto fin. ff. eo. tit. si ab alio matutius est occisus, uterque de occiso tenetur, ut. d. §. fin. eo. tir.

45. † Secundo casu principali quando certum est per relationem peritorum vulnerus esse non mortiferum, tunc vulnerans de vulneribus tantum tenetur, ut. l. qui occidit. §. fin. ff. eo. tit. Grammat. uoto. 14. Tertio casu

casu quando dubitarur, dic aut vulneratur decepsit sine novo iactu, tunc siue incotinenti siue ex intervallo vulneratus mortua ur, ex vulnera semper presumitur esse mortuus, ut dicto §. si seruus. Gramm. consil. 49. nu. 3. & uoto supra, nisi contrarium probetur, uel de mala circa medicis, aut custodia infirmi, ut l. proinde, in princ. & in l. si ex plagiis, in princ. & in dicta l. qui occidit. §. fin. ff. ad leg. aquil. aut ex novo iactu, & tunc presumitur vulnerus praecedens non fuisse mortiferum. Et ideo primus tenetur de vulnerato tantum, ut l. item mela. §. celsus. ff. eod. ritu, & in hoc semper est standum iudicio medicorum, ut Cœpol. consil. 6 1. num. 17. & 2 1. fol. 69. & de hac materia vide Cœpol. in præalleg. consil. & per totum titu. ff. ad leg. aquil. & ibi Flor. Grammat. consil. 49. & consil. 2. & uoto 2 4.

46. † Item quid si duo intulerunt vulnera mortalia, an quilibet teneri possit, ut principalis, uel ut præstans opem: dic ut eleganter per Bald. in l. non ideo non minus, penul. colum. uerf. sed iuxta hoc uenit quæst. C. de accusat. qui dicit quod diversis respectibus teneri possunt, uel respectu sui, ut principalis, uel respectu alterius, ut præstans opem, & idem tenuit Saly. ibi Marsi. in l. nihil interest, nu. 1 1. ff. ad leg. cor. de sicca. Quomodo autem puniatur auxilium, & opem præstans: dic ut superius examinatum fuit per Angel. in l. 1. C. de nili ager. non rump. Anto. de But. Panor. in c. 1. de inoff. de lege. Bart. in l. is qui opem. ff. de fur. docto. in l. 1. C. de rap. uirg. Cœp. in consil. 2. incip. super casu homicidij, in princip. fol. 3. Care. in sua practi. crimi. fol. 84. num. 69. Grammat. consil. 4. per totum.

47. † Insuper queritur si vulnerus de per se non est mortale, sed est illatum in corpus ægrotum, an ex hoc tanquam mortale iudicari possit: dic quod siue per tex. in l. qua actione. §. fed si quis ægrotu. ff. ad leg. aquil. & maxime quando a medicis peritus deponitur tale vulnerus uideri aliqualiter mortale, ex quo dictum vulneris uideretur accelerasse mortem, ut doct. Canoni. in cap. significasti. il se.

94 PRACTICA, ET THEORICA
il secundo extra de homici. & Cœpol. in dicto consil. 61.
in princ. nu. 1. & 3. fol 69. uide consil. Alex. nu. 15. num.
1. & 4. uol. 1.

48 † Quid dicendum quando aliquis percusserit aliquem,
qui postea non incontinenti, sed ex interuallo decessit,
utrum ex illis vulneribus presumatur decessisse, an ex
alia causa, dic ut per gl. in l. 1. C. de emend. seruo. quæ
dicit, quid si vulneratus surrexit ex lecto, & decambula-
uit post triduum, quod in dubio non uideretur decessi-
se ex dictis vulneribus. Sed doctores concludunt, quod
in hoc standum esset iudicio Medicorum, ut Cano. in
cap. 2. de cleri. percuesso. Marſi. in l. fin. num. 56. ff. ad 1.
Corne. de siccā. ubi dicit, quod ex diuturnitate tempo-
ris offensus non dicitur decessisse ex dictis vulneribus
maxime in caſu dubio. Grammat. d. consil. 2. & 49. nu.
10. & uoto 24.

49 † Vlterius queritur si aliquis uulneratur, & uulnus po-
test se habere ad uitam, & ad mortem, & uulneratus
noluit habere Medicum, an tali caſu percutiens seu uul-
nerans de occiso teneatur; dic, quod non, ex quo dici po-
test istum talēm culpa sua obijſſe, ita notabiliter Bal. in
l. qui occidit. §. fi. ff. ad leg. aquil. idem in l. fi. ab hostib.
§. fi. uir. ff. folu. marr. Marſi. in §. & quare in practi. crimi.
nu. 18. 19. fol. 54. & hanc materiam uide per docto. Mo-
der. in l. fi. ff. ad leg. cornel. de siccā. Hippoly. in dicto §.
& quia, in sua practica. nu. 18. Cœpol. latissimè in consil.
61. per totum. Soci. consil. 168. Ange. in l. quod si nolit.
§. fi. mancipium. ff. de ædil. edict. Gramma. uoto. 24. nu.
11. 12. & in consil. 2. nu. 7. alleg. Bart. in l. fi. in rixa. ff. ad
leg. Cornel. de siccā.

50 † Pluries a me quæ situm fuit, si quis in una iurisdi-
ctione uel ciuitate deliquit, propter quæ non debet
corporaliter puniri. Et postea captus in alia ciuita-
te uel loco, multa delicta, uel crimina confessus
est, propter quæ omnino mori debet: queritur an
in loco capturæ puniri possit de delictis, uel crimini-
bus alibi commisſis, tu absolute conclude quòd non.

Ratio

C A V S A R V M C R I M I N A L I V M . 95
Ratio, quia delicta in eo loco non sunt commissa, &
per consequens eius iurisdictio non fuit offensa, vulg.
l. 3. §. 1. ff. de re milit. & l. si cui. §. fin. ff. de accusat. ratio
rationis est, quia ubi quis deliquit, ibi puniri debet,
aut. ut nulli iud. §. si quis comprehensorum, & ubi de-
lictum est commissum, ubi puniri debet. Bald. consil.
304. um. 2. uol. 2. Diony. de barig. consil. 36. numero 5.
uolum. 2. consil. crimin. ubi not. ponit distinct. notab.
quam uide.

Vltimo dicendum est, illa quæſtio a multis pertractata,
si videlicet de delicto commisſo in alieno territorio † per
ciuem Tar. an Iudex Tar. possit inquirere & procede-
re contra suum subditum de delicto alibi commisſo.
Tu tene partem negatiuam, quod non, quæ est com-
munis, prout Marſi. in §. constante. numero 90. uero.
potest etiam. Bald. in l. prima. numero 9. C. de edil. act.
Salyce. in l. seruos. numero 10. C. ad l. Ital. de ui. Alber.
3. par. statuto. q. 36. fol. 49. doct. in aucten. 9. in prouincia,
ubi de cri. agi oportet. Bald. consil. 304. numero
2. uolum. 2. & consil. 209. numer. 1. uolum. eodem &
consil. 313. numero 1. uolum. 4. ratio, quia ubi delictum
est commissum ibi puniti debet, nec consideratur unde est delinqens, & eo maxime, quando contra delin-
quentem est processum per iudicem loci, in quo cri-
men est commissum, quia tunc per iudicem originis
nullo modo procedi potest, prout consului in scriptis
in caſu nob. Tar. hoc anno 1564. & rationes & iura
mea ibi uide, quia iudex non potest procedere, nec in-
quirere, quia de delicto eiusdem hominis, sapitus que-
ri non debet. l. licet. §. fin. ff. naut. caup. stabul. Ang. de
Vbal. consil. 18. num. 5. uolum. 2. consil. Cri. In n. in cap.
cum dilectus de elect. Iac. de belui. consil. 3. numer. 26.
Torelli. de prato consil. 34. nu. 3. Ange. Arc. consil. 5. nu.
6. fol. 116.

DE

DE FORMA CONSTITVENTI
reos criminis ad torturæ locum.

DVCTVS ex carceribus Titius antescriptus, & conductus ad præsentiam Magnifici & Clarissimi Domini Potestatis, & Capitani Tarui, & suorum assessorum ad locum torturæ, & interrogatus si deliberauit melius dicere ueritatem quam dixerit præcedenti eius constituto.

Respondit.

Interrogatus quomodo successit casus mortis q. Sempronij.

Respondit.

Interrogatus quandiu est quod non fuit in villa Pontiana.

Respondit.

Et ei dicto, cum quibus sociis ibi accessit, quot erant ac numero.

Respondit.

Interrogatus quando decessit ad d. villam, ex quo certo loco ueniebat, & an solus uel associatus.

Respondit.

Interrogatus de armis quibus erat armatus, & maxime quando ipse constitutus accessit ad dictam villam.

Respondit.

Interrogatus unde habuit prædicta arma.

Respondit.

Interrogatus de ordine in simul coadunandi, & in quo loco datus fuit ordo.

Respondit.

Interrogatus si unquam cum aliquo, seu aliquibus locutus fuit de maletractando dictum Sempronium.

Respondit.

Interrogatus in quo certo loco se reperiebat ipse consti-
tuto tempore quo vulnera illata fuerunt dicto q. Sem-

Respondit.

Interrogatus si eo die secuti casus mortis, quæst. Sempronii obuiam habuit eundem Sempronium,

Respondit.

Interrogatus si cum eo locutus fuit, & defuit, & quibus rebus, & quibus præsentibus.

Respondit.

Interrogatus de ordine posito maletractandi præfatum.

Respondit.

Et

Et cum sua Magnificentia uideret ipsum constitutum dare uerba, & nolle ueritatem fateri, iussit ipsum ad funem duci, spoliari, & ligari, & dum ligaretur, & antequam eleuaretur, fuit pluries interrogatus ob quæ causam fuit quondam Sempronius interfactus. & de ordine, & tractatu posito de eum malè tractando.

Respondit.

Et cum constanter nollet ueritatem fateri, iussus fuit ipsum eleuari, & ad signum cabalæ seu faciat. poni, qui positus fuit, interrogatus de ueritate dicenda. Et quis interfecit Sempronium.

Respondit.

Interrogatus quæ arma habebat ipse constitutus.

Resp.

Et cum uerba daret & nollet ueritatem fateri, data fuit libri cabala, qua data fuit eleuatus, &

Respondit.

Interrogatus ubi stetit illa nocte in qua successit casus mortis q. Sempronij.

Respondit.

Interrogatus in quo loco, seu cum quibus dormiuit in dicta nocte.

Respondit.

Interrogatus si ante casum mortis fecutæ obuiam habuit Sempronium,

Respondit.

Et ei dicto, con che parole rasonasti insieme.

Respondit.

Interrogatus qui aderant eo tunc.

Respondit.

Et cum nollet ueritatem fateri, datus fuit squafius, quo dato, cœpit clamare dicendo o Dio, o nostra Donna,

che uolevo che diga, & iterum fuit eleuatus. &

Interrogatus quis interfecit Sempronium.

Respondit.

Interrogatus de ordine, & tractatu ipsam interficiendi.

Respondit.

Interrogatus in quo loco datus, & positus fuit ordo, & cū quibus personis.

Respondit.

Et ei dicto, con che persone astu parla de sto caso.

Respondit.

Interrogatus ad quem finem, & effectum se cœculit ad uillam Pontiani.

Respondit.

Interrogatus a quanto tempore citra no[n] fuit in dicta villa.

Respondit.

G Et

Et cum nollet veritatem fateri, datus fuit squallus: quo dato cœpit clamare dicendo, o Dio, o nostra Donna, che uoleto che diga. Et cum satis per bonum spatiū stetisset appensus, & sua Magnificentia uideret nil aliud ab eo haberi posse, iussit ipsum pro nunc planimode deponi, dissolui, & ad locum suum reponi, animo &c.

S V M M A R I V M.

- 1 Index an debat in infinitum ad questionem, & torturam procedere.
- 2 Index procedere debat ad torturam cum moderamine, id est non excedere tres uices.
- 3 Tortura uera diffinio.
- 4 Ad torturam in quibus casibus sit procedendum.
- 5 Quæ persona torqueri debeant.
- 6 Quomodo ad questionem & torturam sit deueniendum.
- 7 Tortura an semel uel pluries sit repetenda.
- 8 Tortus indebet, & de facto, an impediat processum formandum.
- 9 Tortus indebet si moriatur uel debilitetur, an index teneatur.
- 10 Index antequam procedat contra reum in carcerebus existentem, debet iuris & humanitatis considerationem habere.
- 11 Index an possit contra reum ad torturam procedere, sine inditius & suspicionib. & argum.
- 12 Index an possit questionem reperire nouis inditius non praecedentib. contra reum questionatum.
- 13 Index semper ad torturam, cum caritate & benignitate procedere debeat.
- 14 Reus tortus se in questione purgauit inditio, an nouis inditius superuentibus possit interim citari ad carcereb. & ad torturam ponit. m. 2
- 15 Index lata sententia absolvitoria, an possit reum pro nunc ex carcerebus relaxare.

16 Reus

- 16 Reus si facta compositione cum Iudice, & nouis superuentientibus inditio, an poterit iherum ad torturam ponit, & questionari.
- 17 Compositione cum fisco facta, an succedat loco penæ.
- 18 Index, absolutione non obstante, an poterit nouis superuentibus inditio pronenire ad uiam, & cognitionem periodatis.
- 19 Index an maiorem honorem consequatur ex absolutione, quam ex condemnatione inquisiti.
- 20 Absolucionis lata ad fasorem delinquens, an proficit mandanti,



T quia saxe nume, inaduertenter in docti & inexperti assessores procedunt ad condemnationem reorum † nullis assignatis, dilationibus ipsis reis, ideo aduerte quod si reus inquisitus, uel accusatus petierit copiam inditiorum illis omnino danda erit, & merito audiendi sunt antequam ad torturam ponantur, ut Ccep. consi. 69. per totum, Marsi. in l.1.num.4. & l.fin. nume. 7. ff. de quæstio. Gramm. uoto. 3. nu. 23. quæ quidem inditio, etiam si sunt multe urgentia, non debet ob id index contra reum in infinitum procedere ad questionem, & torturam, † sed cum aliquo moderamine, ut Par. de put. in uersi. an stetur dictu torti, n. 10. quod fieri debet per tres dies, & non ultra, idest, per tres uices, & qualibet uice reus habere debet tres saccatas, uidelicet unam cabaletam, & quos squallus, prout quotidie practicatur, ut Marsi. in l. repe. ti. ff. de quæstio. Blan. in l. fi. co. ti. Ang. in l. fi. col. i. C. de quæst. Bar. in l. unius § reus, nu. 2. ff. co. ti. Saly. in l. fi. C. co. ti. Gramma. consi. 21. num. 17. Paul. de cast. cons. 195 in fi. & 195. & si reus torquetur ultra 3. uices, dicitur immoderata. ut Marsi. cons. 8. in fin. Gram. uoto, 6. consi. 21.

- 3 † Et si uis scire quid sit quæstio, seu tortura, dic ut per Azo, Odo, Gand. in ti. ff. de quæst. & maxime Marsi.

G 2 fil.

100 PRACTICA, ET THEORICA

fil. in rub. ff. de quæst. & Panor. in ca. cū cōtempl. de reg. iur. ubi dicunt, quod est corporis & mentis cruciatus ad eruendam ueritatem repertus. Grammat. consil. 15. & in quibus casibus ad ipsam torturam deueniatur, dic, quod in criminibus grauiibus, & non leuibus, ut per Franc. Brun. in tract. de indi. in 3. q. principali, & quæ dicantur crimina leuia, & quæ grauia dic ut supra dixi in principio operis numero 1. Barto. in l. non solum. §. i mandato, numero. 7. ff. de iniur. l. leuia. ff. de accusa. Carre. in sua pract. numero. 179. fol. 43. & Gani. di. in titu de quæstio. † Quæ autem personæ torqueri possunt, dic quod indifferenter omnes, quæ iure non prohibitæ reperiuntur, ut per Fran. brun. in tit. de indi. in 4. q. princ. Bar. & docto. in l. ex libro, num. 1. idem in l. unius. §. reus. ff. de quæstio. Ange. de Are. in tracta. de malefi. in uerfic. fama publica. 6. quæstio. numer. 93. fol. 44. Car. in sua pract. cri. numero. 180. fol. 45. Marsi. in sing. suis 556. Barto. in l. 1. C. de aduo. diuer. indi.

6 † Quando autem ad questionem deueniatur, dic postquam constat delictum esse commissum, ut in l. 1. §. illud. ff. ad fillan. Bald. in l. 3. §. eiusdem. ff. de testib. Bru. in suo tracta. de indit. 4. q. uer. Item nota quod nunquam & quando nomen rei est receptum inter reos, ut Barto. in l. is qui reus, in princ. in 3. colum. numero 3. ff. de iudi. Abb. in c. 1. de mut. pen. Blanc. in l. fin. nu. 33 1. fol. 89. idem Brunus in 2. col. uerisi. quæro an testis, Paris de put. in tract. sindi. in uer. tortura, lo primo, uer. an stetur dicto torti ibi a tormentis Mar. in sua pract. §. nunc uidendum, num. 29. Alex. post. Bar. in l. 1. ff. de quæstio. sed die mēlius ut qui ponatur ad torturā, tria sunt omnino necessaria. primo quod inditia sint probata per duos testes. secundo quod inditia sint uerisimilia. tertio quod probabiliter concludant secundum Bal. consil. 5. 15. nu. 4. uol. 5.

7 † Et an in tortura reus pluries repeti potest, dic abundantanter per Barto. & Marsil. in l. repeti. ff. de quæstion. & in l. unius. §. reus. ff. co. titu. Gand. in tra. de quæstion.

 17 Ecclesia an tolleret illum qui nulla auctoritate interueniente episcopi de manu laicorum accepit ecclesiam.
 18 Episcopus dabo sibi bono concambio, an episcopatu renunciare possit.
 19 Subdilus offensus an suadendus, uel cogendus sit ut remittat iniuriam.
 20 Offensus in foro conscientiae, an compelli possit ad pacem agendum.
 21 Statuta facta tempore guerrae, an tempore pacis tollenda, & mutanda sint.
 22 Index an salua conscientia possit detrahere aliquid de iure pauperis, & dare duxi; & in eos concordet.
 23 Arbitrus tenetur semper rediscere partes ad concordiam & pacem.
 24 Index debet omnia concordia, & pace terminare.
 25 Carceratus ob blasphemiam, an per confessionem Sacerdoti factam possit liberari a carceribus stante statuto, quod qui haberent pacem ab offendo a carceribus libereantur.
 26 Super crimine adulterii an licitum sit pacem facere, seu transfigere.
 27 Actor an possit in iudicio petere aduersarium suum compelli ad transfigendum.
 28 Index an possit compellere partes ad transfigendum & concordandum.
 29 Pax an dicatur rupta propter adulterium commissum in uxorem alterius ex partibus.
 30 Civilitas acquisita ex privilegio an propter superuenientem guerram amittatur.
 31 Legatarius an perdat legatum propter inimicitiam superuenientem.
 32 Tutor designatus a iudice an excusatetur ab onere tunc propter superuenientem inimicitiam inter ipsum, & patrem pupilli.
 33 Pax non solum habet uim simplicis indulgentiae, sed resistitio-

- CAVSARVM CRIMINALIVM. 211
 flitionis in integrum.
 34 Officialis conspicientes duos rixantes si non se interponit mendandi causa, an ab officio sit removendus.
 35 Super accusatione publica, an offensus pacem facere possit.
 36 Pax non sit ubi iniuria non praecedat.
 37 Pax, & tregua, an diebus feriis sine peccato tractari possit.
 38 Pax in dubio dicunt esse perpetua.
 39 Pacem faciens cum aliquo si eum non offendit, sed consanguinem suam, an incidat penam appositam in contraria pacis.
 40 Bona rebellium confiscata tempore rebellionis an tempore pacis eis reddenda sint.
 41 Pacis privilegia quae sint.
 42 Statuta prohibentia portare arma tempore guerrae, an tempore pacis, index possit contra tale statutum iuratum conuenire.
 43 Pax quotuplex sit, & quomodo dicatur rumpi.
 44 Pax & concordia, an inter se differant.
 45 Clericus an propter pacem possit transferri de una ecclesia in aliam.
 46 Pax inter duos inita sua pena, an propter stuprum, & incestum commissum cum affinibus alterius partis rupta esse intelligatur.
 47 Pacientes adiuvicem sub certa pena, & se iniucem offendentes, & nesciunt quis primo socium offenderit, an de pax rupta puniri possint.
 48 Pupillus an possit facere pacem de morte patris cum inimicis patris sine decreto iudicis.
 49 Pax facta super vulneribus, an extendatur ad mortem.
 50 Pax & concordia an sit unum & idem stante statuto, quod super iniuriis aliqui illatis pax habeatur.
 51 Pax facta inter armantes an impuberis comprehendat.
 52 Pax facta alicui, & complicibus & rupta, an complices offensis intelligantur antequam ipsi ratum habeant.
 53 Principes inimicem pacientes sub pena non offendere ter-

- ras alterius an bona adhærentium includantur.
- 54 Offendens bannum, an incidat in panam pacis ruptæ.
- 55 Pax facta inimico, & hereditibus suis sub pena si unus ex ha-
redibus offendatur, an offensus ad integrum panam age-
re posse.
- 56 Index potest hortari partes ad concordiam, & pacem, an
posset etiam illas artillare ad concordiam.
- 57 Index an possit cogere partes ad compromittendum.
- 58 Index in causa criminali an possit compellere partes ad pa-
cem, & concordiam.
- 59 Princeps an possit cogere litigante ad pacem, concordiam,
& ad compromittendum.
- 60 Index an possit compellere partes ad concordiam, quando
dubitatur ne ueniant ad arma.
- 61 Discordia quando tendit ad incommode alterius, an pos-
sent implorari officium iudicis, ut eos ad concordiam re-
digat.
- 62 Discordia initia inter personas insignes, & notabiles, ex qua
Respub. facilime turbari possit, an princeps eos compelli-
posse ad pacem & concordiam.
- 63 Statutum arcans personas ad faciendam pacem in certo
casu, sed ipse personæ nesciunt capitulare, an index illam
capitulabit.
- 64 In omnibus casibus, in quibus partes compelluntur ad pa-
cem an in illis compelli possint etiam ad treuquam.
- 65 Pax fieri potest de crimine iniuriarum, & danno dato, po-
sit fieri super crimen meri criminali.
- 66 Communia villarum, an possint remittere danna singula-
rum pro pace facienda.
- 67 Pacis uigore multa conceduntur, que de iure fieri non pos-
sunt.
- 68 Pax an rumpatur propter minas.
- 69 Procurator constitutus ad faciendam pacem, an pacisci po-
terit, quod aliquis, & eius filii in ciuitate, & comitatu mo-
rari non possint.
- 70 Capitula pacis Ducas Mediolani, & communis Florentie.
& inter Do. Venetos, & Iauuenes.

Iauuen-

- 71 Iauuenes an possint nanigare bona fide in culsi Do. Veneto-
rum.
- 72 Pace inita inter duos Reges, & mota guerra per alterum
eorum existentem tertio, qui uni ipsorum adhæreat, an iste ter-
tius intelligatur pacificatus cum alio Rege.
- 73 Episcopus loci an per censuram ecclesiasticam possit compelle-
re litigantes aspidos, etiam non subditos, ad concordiam &
pacem.
- 74 Pax inita inter duas ciuitates, an proficit cuiuslibet ex illis ciuita-
tibus.
- 75 Penna adiecta in prouisione pacis seruandæ, an semel uel plu-
ries committatur.
- 76 Pax facta per plures cum pluribus, & una pars promisit non
contravenire, sub pena si unus occidatur ab aliis de alia
parte, an pena in solidum committatur, & quibus acquiran-
tur.
- 77 Pax & remissio iniuriarum, an absentibus fieri possit.
- 78 Princeps pro pace habenda, an possit castrum sibi subditum al-
teri concedere.
- 79 Pax & treuqua initia inter duos inimicos, & alter eorum of-
fendat fratrem, seu coniunctos an incidat in penam adiectam
in compositione pacis.
- 80 Si unus dat dammum in bonis alterius, an incidat in penam pa-
cis ruptæ.
- 81 Famili dominorum iniucem rixantes, an intelligantur rumpe-
re pacem dominorum suorum.
- 82 Pax quando haberi debet, an sufficiat treuqua.
- 83 Episcopi secundum sacras constitutiones, an teneantur conser-
vare pacem, & eius violatores punire.
- 84 Pax quomodo facienda sit.
- 85 Pax absenti an per notarium stipulari possit.
- 86 Pax prelio, uel pecunia recepta fieri possit, & an teneat.
- 87 Pax si est facta ab herede occisi pecunia recepta, an per hunc
actum intelligitur adire heredem.
- 88 Pax inita per tutorem cum obligatione ad panam, an reputa-
tur dammum ipsi pupillo.
- 89 Pax probatur ex legato facto inter inimicos.

- 90 Pax facta cum promissione penæ applicanda fisco, non ualeat nisi notarius fisco penam stipuletur.
- 91 Pax a minore & fieri, & an stipulari possit.
- 92 Pax an rumpatur si inferens meum quicquomodo offendatur.
- 93 Pax an a testatore in testamento fieri possit.
- 94 Pax facta per totum, an per hæredem ratificari possit.
- 95 Ciniates adiunxit pacientes, quod licet alteri uindicare, uel fædera pacis rumpere, an tale pactum de iure ualidum sit.
- 96 Pax an a procuratore fieri possit si non habet speciale mandatum.
- 97 Pax an fieri possit a filiis spurijs occisi, & profici.
- 98 Stante statuto, quod pax habeatur ab hæredibus occisi, an fieri possit per filium occisi licet non sit hæres.
- 99 Pax facta per mairem tutricem filiorum pupillorum super homicidio marii, an ualeat.
- 100 Pax facta a filio familias iniuriato, an fieri possit in preiudicium paris.
- 101 Pax a feminâ succedente offenso an fieri possit, & factaneat.
- 102 Pax facta cum ciniate, & castellis, an extendatur ad castella de novo acquisita.
- 103 Pax facta regi, an intelligatur esse facta consiliariis ipsius.
- 104 Pax facta per iusorii, an fieri possit mandatori criminis.
- 105 Pax instrumentum productum post terminum statuti, an proficit.
- 106 Pax prohibita per statutum disponentem de percusionibus sanguinolentis, an fieri possit super percusione facta cum pugno, ob quam percussus in terram cecidit, & caput se bifregit cum sanguinis effusione.
- 107 In uolatoribus pacis, an bona publicari possint.
- 108 Concordia redditia per pecuniam, an ualeat.
- 109 Pax, seu treugia facta alicui, an intelligatur esse rupta ob ratum secutum in personam filie, uel sororis alterius ex pacientis.
- 110 Mandatum non finitur morte mandantis, etiam re integrâ in causa pacis facienda.

Pax

- 111 Pax facta de uulnere, an intelligatur esse factam de morte.
- 112 Pax an infringatur furto sequito. 109.
- 113 Pax facta in articulo mortis, an ualeat.
- 114 Pax quicquomodo differat a treugia.
- 115 Furantes animo uiolandi pacem, an furca suspendi debeantur ne.
- 116 Pax a Deo reliqua est, & not. 6. casus, in quibus Deus nationibus auferat pacem.
- 117 Pax & a Deo, & a seipso, & a proximo, & a principe omnino habenda est.
- 118 Pax, an dominus possit ex causa iniurias, & damna illata subditis remittere.
- 119 Pax in articulo mortis an fieri possit.
- 120 Pacis effectus, & eorum finis.



V. O N I A M ut docet experientiarum magistra securis homicidii, uel uulneribus lapsu temporis partes detenunt, seu deuenire solent ad concordiam pacis, uel factam ad aliquam treugiam. Sed in primis sciue debes, quid sit concordia, & dic quod est fedatio discordanterum perpetuo duratura, ut Bald. in l. de fideicō misso, & ibi Ias. nu. 2. C. de trans. alleg. Archid. in c. 1. & c. indemnitatibus, de electi. li. 6. And. Barba. ca. 1. de mur. pet. Albe. in tract. statut. in uerbo concordia. nu. 6. fol. 8. 3. Ias. plene in d. l. de fideicom. nu. 3. & in l. cum proponas, la secunda. C. de practi. circa medium.

² ¶ Pax est uinculum charitatis, immo affectus ipsius charitatis, ut dicit Corne. Per. in conf. 185. nuine. 9. principi in hac consulacione. fol. 387. in 3. uolum. alleg. S. Thom. de Aquino. secunda secundæ. quæst. 3. & plene 10. And. in rub. & in c. 1. de treug. & pa. Bal. in conf. 58. in cip. laudate in 1. uol. & idem Cor. in conf. 8. n. 50. fol. 14. uolu. 3. qui aliter diffinit, quod ibi nide, & pax duplex est, quædā quæ instanti perficiunt, quædām successiva secundum Bal. in conf. 195. nu. 3. uol. 2. & dicitur trans quilla libertas, ut est conf. 47. nu. 15. in ciuilibus.

O 4 Treugia

216 PRACTICA, ET THEORICA

- † Treugua est finis discordie, seu rixæ ad breve tempus, quo breui tempore finito potest iniurias ulcisci & sic dehet semper expectari lapsus temporis ipsius treuguae, ut Hostien. in summa de treugua & pace. Maria. Soci. in conf. 26. incipien. Ianuensium dux. in 9. colu. Ias. in d.1 cum proponas, la secunda. C. de paci. numer. 6.74. & Fely. in rubr. de treug. & pace, quod ibi uide Dec. no. in c. nouit. numer. 5.1. de iudi. ibi multa accumulat.
- 4 † Quid si duo faciunt pacem promittentes sibi inuicem, & uicissim non offendere sub certa poena, si unus eorum aliū offendit, an incidat in poenam , dic quod non, si causa noua superuererit. Roma. confil. 2.5.8. nu. 4. uel per actus iudiciarios non rumpitur pax. Bald. confil. 1.95. securis homicidiis, & numero 4. uolum. 2. Paul. de Castr. confil. 74. in 7. colum. in fin. incipien. quia frusta.
- 5 † Item si plures fecerunt pacem cum pluribus, & promiserunt quilibet eorum insolidum non offendere, & unus offendit, an poena insolidum peri possit, uide Bart. in l. si. 2. q. ff. de duabus reis, Ang. in l. si. cum exceptione. §. satis. ff. quod metus causa, Bald. in l.2. C. de liber. & eorum lib. Paul. de Castr. in l. bonorum ante fin. ff. rem ratam hab. plene Cor. Per. in confil. 2.48. incip. decisionem per totum fol. 223.4.uol. Alex. confil. 16. vol. 4.
- 6 † Arbitrus non potest ponere manus ad ea, quæ non continentur in compromisso, ut in l. non distingueamus. ff. de arbitris, capi. examinata, de confirmant. utili, uel inutili, & uoluit Barto. in l. aquilia. ff. de transact. tamen in casu pacis inducendæ poterit apponere manus etiam ad non contenta in compromisso, ut est text. singu. in ca. nisi de præbend. & ibi Butriga. quod nota.
- 7 † Septimo, est text. not. in c.2. de spon. impu. ubi propter pacem permittitur contractus matrimonii in eos, qui non habeant ætatem habilem, hoc idem uoluit Ludo.

- CAVSARVM CRIMINALIVM. 217
do. Rom. in l. si uero §. de uiro in 6. fallen. ff. solu. matri. & conf. 43 2. nu. 13. ncr. 1.
- 8 † Octauo, adduco texum in c.1. §. si quis omnem, de pace tenenda, ubi si pater fregit pacem, & propter hoc banniat, filius non tenetur alere patrem bannitum propter pacem ruptam, licet regulariter filius teneatur alere patrem bannitum. ut in auæenti. de incest. nupt. §. primo. & ibi D. Nicola. de Neapol. & uoluit Barto. in l. si quis a liberis. §. sed utrum. ff. de liber. agnoscen.
- 9 † Nonno , assigno tibi tex. in c. sicut, el secundo, de iure iuri. ubi propter pacem ruptam Papa iudicat inter laicos, & idem probatur in c. nouit, de iudicis, regulariter contra, quia distinctæ sunt potestates & iurisditiones. c. follicitz, de maiorit. & obedien.
- 10 † Decimo, adduco glo. sing. in c. placuit. 90. dist. protest episcopus laicos diu litigates per censuras ecclesiasticas reducere ad concordiam, & allegantur tex. ille per Butri. & Imo. in c.1. ad fin. de mutu. peti. & per Abb. in rubri. de treug. & pace, & in c. inter. R. de electione, in 3. colum. & in c. fin. in 4. notab. de maiorit. & obedien. & in d. c. nouit, de iudicis, Paul. & Alex. in l. quidam. ff. si cert. pet. Idem Alex. post Roma. in l. si quis mihi bona. §. si quis iuxta. ff. de dam. infec. Alex. in l.1. & post operis. in 3. colum. ff. de oper. no. nuncia. nu. 8. Deci. in c. nouit. num. 47. de indic.
- 11 † Undecimo, adduco tibi tex. in c. his quæ , de maiorit. & obed. & in c. 2. de arbitri. ubi pro bono pacis dero gatur dispositionibus iuris. Rom. confil. 3.2. nu. 16. & 15.
- 12 † Duodecimo, iudex non solum iustitia, sed concordia & pace debet terminare lites, ut in c. 1. de mutuis petitiis. in c. causam quæ , el secundo de testibus in c. si. de proba. & in c. querellam, de simon.
- 13 † Decimotertio, Barto. in l. furti. §. qui iussa. ff. de iis quæ not. infam. dicit quod si ciuitatis inquietaretur propter discordiam aliquorum ciuium. quod potest iudex eos compellere ad pacem, & ibi Thomas de Ploua

Ploua. in apost. Bar.

14 † Decimoquarto, propter pacem non imponitur poenitentia calumnioso accusatori.c.accusasti, extra de accusa. & in c. non frustra. 23. q.5. & 2. quæst. i. cap.no. tum.

15 † Decimoquinto, Bald. in rub. de treug. & pace. dicit, quod iudex debet studere paci si bona est, & aqua, alias non, & alleg. do. Goff. dicentem, quod iudex ante factum delictum debet studere paci, sed post factum debet punire delinquentes, & idem Bald. in ca. quinta uallis, de iure iurian. Alex. in d. §. post operis numer. 7. de ope. nun. ff.

16 † Decimosexto, adduco tibi text. in ca. hxc quippe. 3. q. 6. ubi pro bono pacis ecclesia tollerant depositio nem quorundam episcoporum & subrogationem alio rum præter mentem & conscientiam 20. pontificum, quia per bono pacis licitum est Iura transgredi. Roma. conf. 332. num. 13. & 15.

17 † Decimoseptimo, in simili adduco tibi tex. in c. cura, de iure patrona. ubi propter bonum pacis tolleratur ille, qui diu de manu laicorum accepit ecclesiam nulla interueniente autoritate episcopi, quia propter bonum pacis inducendę relaxant plerunque præcepta canonica, & Rom. conf. 332. nu. 13.

18 † Decimoctauo, Innocen. in c. nisi cum pridem, de renun. quem refert Abbas in c. i. de elect. & in cap. cum inter. R. in 3. colu. de elect. ibi an autem Papa possit tener, quod pro bono pacis tenetur episcopus dato sibi bono concambio renunciare episcopatui propter pacem habendam inter eum & populum.

19 † Decimonono, uoluit Bal. in l.i. §. quies. ff. de prefect. urb. quod licet offensus sit suadendus ad faciendum pacem, non tamen cogendus ut remittat iniuriam, licet regens prouinciam debet subditos conseruare in pace, & ad quiete uiuendum non solum horari, sed cogere, cum status publicus plerunque ex priuato turbetur, & idem Felyn. in rub. de treug. & pace;

&

CAVSARVM CRIMINALIVM. 229
& idem Bald. in l. si quis ingenuam §. inciuiibus. ff. de capti.

20 † Vigesimo, adduco tibi tex. insti. de iniur. §. fin. quod licet offensus non possit compelli ad pacem in foro cōtentioso, secus tamen est in foro conscientiæ, ita dicit Bald. in d. §. quies. de offi præfe. urb.

21 † Vigesimoprimo, tex. est in l. unica, in princ. C. de cadu. tol. ubi tempore pacis debent tolli statuta facta tempore guerre ad locuplerandum fisco, quod not. cōtra tirannos, qui finita guerra non revocat statuta prout magni facit Rom. in consil. 459. incipien. in propofita consultatione, ubi dicitur, quod id quod belli calamitas introduxit, pacis lenitas solut. Ibi post numero. x.

22 † Vigesimosecundo, Io. And. & Spec. in tit. de prepara. iudi. dixerunt, quod si aliquis est potes, & diues, & uult concordiam, & litigat cum aduersario paupere rebusante concordiam, fouente tamen iustitia, sed illam consequi nō potest propter potentiam aduersarii, quod iudex poterit eos concordare detrahendo aliquid de iure illius pauperis, nec peccat hoc medio illos concordando, quod dictum refert, & sequitur domi. Car. in c. fina. de transact.

23 † Vigesimoterrio, adduco tibi Bar. in l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbit. ubi dicit, quod si partes assumunt aliquem in arbitrium, nunquam debet reducere ad ferrandam sententiam, sed reducere partes ad concordiam, & pacem, quia ad iudicem ordinarium non spectat cōponere, sed iudicare secus in arbitrio.

24 † Vigesimoquarto, Bald. in c. conuenissent, de testib. ibi iustitia mediæ terminetis, dicit, quod propter hoc non tolleratur quin omnia concordia terminentur, ad ducit capitulum causamq; il secundo eo. tit. c. querela, de simo. & c. fin. de proba.

25 † Vigesimoquinto, Barto. in conf. 167. incip. qui minister dicit, quod si unus habet ex priuilegio quod possit liberare diebus certis aliquos ex carcerebus, & statuto

statuto caueatur quod nullus liberetur de carcere nisi primo habuerit pacem cum offendio; & Titius blasphemauit Deum, & ob id missus est in carceribus, quod si Titius habuerit pacem a Deo per remissionem & confessionem simplicis sacerdotis, quod poterit a carceribus liberari, & similiter, uide Ias. in l. ait prator. §. iurati, num. 16. fol. 67 ff. de iure iurant.

- 26 † Vigesimo sexto, consuluit Bart. in consil. 175. incip. Domino potestati, ubi consuluit, quod licet facere pacem super crimine adulterii, ut habeat locum remissio certae partis condemnationis ex forma statuti per text. expressum in aucten. sed hodie. C. de adultere. & sufficit habere pacem cum marito tam, quia mulier non potest dici iniuriata, & ibi respondet ad l. transigere C. de transacti. quia licet pax. & concordia per quam ran-
cor, qui est in animo iniuriati, reiciatur, propter hoc processus non impeditur licet ex forma statuti pena minoretur, nam pax in omni maleficio licita est, ut in sti. de iniur. §. fi. & in l. si tibi. §. quædam, & in l. fina. ff. de pact.
- 27 † Vigesimo septimo, adduco tibi eundem Bartol. in suo tract. inci. ciuitatis Pisanæ consilium decret. nu. 11. ubi disputat, an possit quis in libello in iudicio exhibito petere a iudice aduersarium suum compelli ad transigendum, in prin. ubi uide.
- 28 † Vigesimo octavo, adduco text. in l. æquiflum. ff. de usu fru. ubi iudex potest compellere partes ad pacem & concordiam facit. c. fi. de transa. Paris de put. in trac. find. uer. concordia. nu. 21. fol. 35.
- 29 † Vigesimo uno, adduco Ludou. Roma. in consil. 332. nume. 14. incipien. quo ad primum & Bal. consil. 195. nu. 6. uolum. 2. ubi dicunt, quod non dicitur quis frigilli pacem si non ostendit causam propter quam fuit facta pax, sed ex noua, ut uoluit Barto. in l. aut fa-
cta. §. causa per tex. ibi. ff. de pœn. & in l. uerum. ff. de fur. & Roma. in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de pub. ubi dicit, quod propter adulterium commissum in uxo rem

rem eius, qui pacem fecit, aut furtum bonorum eiusdem ob id non dicitur pax esse erupta, hoc idem uoluit Joan. And. in rub. de treug. & pace. Bal. in l. cum propo-
nas. C. de pæt. l. semel mora. ff. solu. matri. & in l. qui fidem. ff. de transa. in lect. Florentina, Canonistæ in c. constitutus, de pœn. Ludo. Roma. in consil. 258. incipi-
pien. in casu proposito & Bald in c. 1. circa prin. de pa-
ce tenen. in usib. feud. Alexan. in consil. 115. incip. ui-
so themate, in 4. uolu. Cor. consil. 51. nume. 100. fol. 54.
ubi dicitur, quod furtum sit gratia auaritiae, & lucrit adulterium uero sit propter libidinem, ut ibi per eum.

- 30 Trigesimo, † adduco Roma. in consil. 459. incip. in proposita consultatione, ubi consuluit, an ciuitatis ac-
quisita priuilegio perdat propter guerram super-
uenientem cum ciuitate, originis, & utrum secura pa-
ce recuperetur ciuitatis, dic ut ibi per eum nu. 13. & 14.
- 31 † Trigesimoprimo, est text. in l. quid si itetum. ff. de adimen. leg. ubi subsequens reintegratio amicitia inter testatorem, & legatarium inducit reintegrationem
legati, quod extinxerat superueniens inimicitia.

- 32 Trigesimosecundo † est tex. instit. de excu. tuto §. ini-
micitiæ, ubi superueniens reintegratio amicitia inter patrem pupilli & tutorem ei designatum extinguit ex-
cusationis ab onere tutelæ, quam induxerat superue-
niens inimicitia.

- 33 Trigesimotertio, † Bald. in tit. de pace constan. in glo.
super uerbo priuilegia, omnia dicit ibi esse text. quod pax non solum habet uim simplicis indulgentiæ, sed restitucionis in integr. cum sublata guerra per pacem tollatur omnino effectus sequutus propter guerram.

- 34 Trigesimoquarto, † adduco Cyn. in l. si seruum. C. de noxa. ubi dicit, quod si officiales uidet aliquos rixan-
tes, & se non interponit mediandi causa ab officio suo est remouendus omnino, & Bald. in l. omnia. §. quies,
nume. 3. ff. de offic. præfe. urb.

- 35 † Trigesimoquinto, not. quod ubiquecumque est publi-
ca acculatio offensus non potest facere pacem, hisi de-
lictum

licitum esset in omittendo, quia tunc potest, ut est glo-
sing. in l. diuus. ff. ad sillaniam. & ibi Bart. & Ias. in l. trans-
fig. re, num. 6. C. de transact.

36 † Trigesimo sexto, si quis non facit iniuriam alicui,
non indiget pace, nec fit mutua pax, si ex una parte
tantum lata est iniuria, ita dixit Spec. in titu. de treug.
& pa. in princi.

37 † Trigesimo septimo Bald. in rub. de treu. & pace in
5. colum dicit, quod partes possunt tempore treugue
facere tractatum de pace; ad hoc alleg. l. dies festos. C.
de feriis, & Barba. in tit. de feriis dicit, quod diebus
dominicis possunt partes habere colloquium, &
tractatum de pace. & transactionibus fiendis absque pec-
cato, quoniam pax est desiderata ab apostolo, ut in
capitulo primo de pac. tenet.

38 † Trigesimo octavo, not, quod pax in dubio dicitur es-
se perpetua, casus est elegans. in c. 1. de pace constant,
& ideo si in capitulis pacis non est praefixum certum
tempus, presumitur facta pax in perpetuum, & quid
sit pax uide Barto. in consil. 58. & late Ias. in l. cum pro-
ponas, la secunda. nu. 7. C. de pac. Bar. in consil. 7. nu. 1.
&c. 2. incip. ad declarationem questionis, & qua sit con-
cordia uide Bald. in rubr. treug. & pace, in 1. col. &
Cor. consil. 8. nu. 50. in tercia parte.

39 Trigesimono nono, † pacem faciens cum aliquo, & pro-
mittens eum non offendere sub pena duicatorum cen-
tum: si eum non offendit, sed consanguineum suum,
ita incidit in penam ac si eum offendisset, ita notabi-
liter dicit Petrus de Anch. in c. sciant cuncti, de elect. in
sesto per tex. in c. quicunque, in uer. bonis suis uel
suorum, de senten. excommu. in sexto Ioan. And. in
reg. frustra, col. ii. de reg. iur. in mercur. Ias. in l. 1. nu.
7. de indi. uidu. tollen. Marfi. in sanguis. suis. nu. 331. fol.
34. Soci. in l. mulier. & titio. ff. de condi. & demon.
nu. 6. Bald. consil. 165. nu. 15. 2. uolu.

40 † Quadragesimo, adduco tibi Bal. in tit. de pace con-
stan. in §. hoc in uerbo priuilegia omnia, ubi dicit
quod

quod si bona rebellionis tempore rebellionis sunt con-
fiscata, & aliis personis sunt concessa, facta & inita pa-
ce primis dominis reddenda sunt, alleg. tex. ibi ualde
not. ita quod pax nedum habet uim simplicis indul-
gentiae, sed restitutionis in integrum, quod not. quia
seruiet tibi ad multa.

41 † Quadragesimo primo, pax multa bona inducit di-
scordias, remouet tranquillam quietem, introducit sta-
tem, personatum, ac ciuitatum augmentat, honesta-
tem affert, diuitias præparat, Dei ac regum gratiam tri-
buit, superbiam unius cuiusque excludit, auaritiam om-
nium repellit, honorem honoratis adiungit, nondum
honoris præparat, Deo ad seruendum animum cu-
iusque incitat, fructum affectat, affectatumque acquie-
scere facit, ut eleg. Bal. in tit. de pace constantiae, in §.
hæc sunt nomina, in uerbo pax.

42 † Quadragesimo secundo, tempore pacis statutum fuit,
cum iuramento coram Potestate, ut nemo portet ar-
ma, deinde superuenit guerra, uel partialitas in ciuita-
te, dic quod Potestas poterit uenire contra tale statutum
iuratum & sic omnis impune poterit arma portare, ita
pulcher dicit Bal. in rub. C. qui admit. in 1. col.

43 † Quadragesimo tertio, quid sit pax, quotuplex sit pax,
& quomodo dicatur rumpi, & an pax sit, stricti iuris,
dic ut per Bald. in consil. 195. incip. laudare, in 2. uolu.
August. in lib. de ciuitate Dei. lib. 12. cap. 14. ubi ponit
plenam diffinitionem, Cor. in consil. 8. nume. 10. fol. 14.
uolumine 3.

44 † Quadragesimo quarto, pax, & concordia inter se
differunt, nam concordia est cordium coniunctio, ut
in c. indemnitibus, de electio. lib. 6. Nam concordia
est quædam remissio iniuriæ illatæ, pax vero est ple-
na sedatio discordiarum, & ita secundum nostrum
usum loquendi accipi possumus ista duo ut diversa, licet Au-
gust. dicat quod pax nihil aliud est nisi ordinata con-
cordia, Bald. singulariter in l. 1. in secunda colum. ff. de
pac. Ias. in d. fideicommiss. nume. 3. C. de transactio. &
idem

idem.l.i.name.13.ff.de pac.

- 45 †Quadragesimoquinto not. quod propter pacem habendam potest quis transferri de una ecclesia in aliam secundum Rova.in consil.332.incipien quo ad primum consultationis articulum. Bald. in c. i. de feriis, in 18.colu. sed dic ut noluit idem Rom. & melius in consil.suo 345.
- 43 †Quadragesimosexto, pax si est facta inter duos sub pena, & unus postea committat stuprum vel incestum cum affinibus alterius partis, propter hoc non dicitur rupta pax, ita quod incident in penam, ut dicit ita Bal.consil.195. name.12. uolu. ii. Bartol.in l. uerum nume 4.ff.de fur. quod tamen distingue, ut ibi per eum, & not. rationem adductam in name.29. supra.
- 47 †Quadragesimoseptimo, pacem si duo ad inuicem fecerunt, & sub certa pena promiserunt se inuicem non offendere, si postea inuicem se vulnerauerunt, & nesciatur, quis primo socium offenderit nemo ipsorum puniri debet de pace rupta, ut dicit Marfil. in rubri. C. de probatio.nu. 406. fol. 21. alleg. Bart.in l. cum pater. S. liberis. ff. de lega.2. & in l. si seruum. S. sequitur uidere, num.4. ff. de uestro. oblig. Bald.in l. si creditoribus. C. de ser.pign.da manu. Abb.in c.2. in 1. colu. de treug. & pace. & Bal.in d. consil.195.num.5.uolum.ii.
- 47 †Quadragesimo octavo, pupillus non potest facere pacem de morte sui patris, nisi auctoritate tutoris, & decreto iudicis, ita dicit Specu.in tit. de homicidio dum modo non fiat dedecori pupillo, & eius agnationi, argumento.l.2 §.in emancipatus. ff. de contratabu.Bald. in rubr.de treugua & pace, in ulti. colum. circa finem nota.Salyc. in l. pactum curatoris.C. de pac. & ibi Ias. num.4.
- 49 †Quadragesimonono, si pax est facta inter duos de vulneribus illatis, an extendatur ad mortem, morte secura: dic per Marfil. in rubr. ff. de fideiuss.nume.367. ubi dicit, quod actus agentium non operatur ultra intentionem eorum, & ideo si quis fideiussit pro aliquo

quo accusato de vulnere si postea sequatur mors non tenebitur ad penam homicidii secundum Specu.in tit. de fideiuss. §. 1. uers. sed pone, Ias. post alias in l. i. in ult. col. ff. de in lic. ii. Bal.in consil.141. uolu. 5. ubi dic quod fideiussit ad unam causam non extendit ad aliam.

- 50 †Quinquagesimo, addaco gl.in l. i. in uer. pactum. ff. de pac. de qua facit festum ibi.Ang. quod qui facit pacem de iniuriis sibi illatis intelligitur facere pacem, & concordiam, & ideo dicit ibi A n g e . satis factum esse statuto requirenti pacem, & concordiam, ut bannitus rebanitur, & accusatus non puniatur.
- 51 †Quinquagesimoprimo, si pax est facta inter aliquos continentes de aliqua unitersitate cum pena de se non offendendo, an impuberis comprehendantur, uide notabiliter do. Filip. Corn.in consil.167.per totum fol. 171. in 3. uolu.

- 52 †Quinquagesimosecundo, pax facta Sempronio, & complicibus, an ex eo rupta esse intelligatur, quia complices offensae sunt, anteqnam ipsi ratum habeant, uide Bal.in l.filius famili.el secundo.nu. 2.C.ad macedo. fol. 67. Ange.in l. qui religiosis. ff. de rei uendic. doct. Canoni. in c. 1. de postu.præla.

- 53 †Quinquagesimotertio, duo principes ad inuicem fecerunt pacem, & promiserunt sub certa pena non offendere terras alterius, utrum adhæriter, seu bona adhærentium illis includantur in c. pacis, dic quod non, quia in contractibus cessat largissima interpretatio c. cum dilecti, de donat. pro quo est tex. in c.ad apostoli cc. de rei iudic.lib.9 in uerbo uolebat, ubi clare probatur, quod isti adhærentes non includantur in capitulis pacis, & hoc tenet ibi Gemi. quod pax facta cum auctore principalis guerræ, adhærentes non se includantur, nisi fiat de eis expressa mentio, & Innocen. ibi commendauit fidelitatem.20. ecclesiar, quæ nunquam uoluerunt habere pacem, nec pacis tractatum, nisi per mitteret de adhærentibus & imputitatem eorum refert Abb.in c. i. in sexta col. ibi uer. & ex prædictis singulari-

gulariter de postu, præla.lib. 6. ex quo colligit ibi Abbas, quod infideliter agunt, qui faciunt pacem cum principali, & illi qui sibi præstiterunt auxilium non in claudantur in tractatu pacis, ut uoluit Rald. in cons. 5. circa medium in prima parte, ubi dicit, quod qui non uenient in capitulis pacis, non gaudent priuilegiis pacis, ut in c.i. §. nomina uero, de pace constat, col. 10. idem Bal. cons. 191. nu. 8. uol. 2.

54. † Quinquagesimoquarto pax est facta, seu inita cum Sempronio, & occurrit quod Sempronius banniatur, & pendente banno a Titio interficiatur, queritur an Titius offendens incidit in peccatum pacis ruptæ, dic quod non, ut per Alexand. & Ias. in l. qui seruum. nū me. 5. ff. de verb. oblig. qui concludunt post multas allegationes hanc esse communem opinionem. allegan. Bartol. in l. secunda. C. quando lice. se sine iudi. vind. Vide Marisi sing. 352. multa ad casum per eum accumulata.

55. † Quinquagesimoquinto, pacem faciens cum ini-mico, & promittens eum non offendere, neque ha-redes suos, sub certa pena, si unus ex haeredibus offen-datur, an offensus ad totam, & integrum poenam agere possit, dic ut per Iason, plura accumulantem, in l. stipulatio. §. caro, numero 54. ff. de uerborum obli-gat.

59. † Quinquagesimosexto, adduco tibi Bald. & Ang. in l. æquissimum. ff. de usufruct. quod in ciuilibus iudex potest hortari, sed non arctare partes ad concordiam amicabiliter faciendam, seu per viam iuris, seu per viam facti, idem Butr. in ca. 1. de mutuis petitioni. col. pen. alleg. glo. in l. 1. §. post temporis. ff. de oper. no-ti uinciat. idem uoluit Abb. in ca. cum patrem, in ulti-mo notab. de pactis, & in capitu. cum inter. R. de elec-tio. 3. col.

57. † Quinquagesimoseptimo, adduco Bald. in l. ex sti-pula. C. de senten. quod concordia potest suaderi, non tam-en imperari, ideo non possunt partes compelli ad com-

compromittendum in arbitratorem etiam si timeatur scandalum, neque potest cogi offensus ad pacem facien-dam, immo debet Potestas uindicare, & punire. Bal. in c. 1. §. fi. de pace tenen. & Alua. in d.c. 1. §. si ministeria les, Bal. in d. l. 1. §. quies. ff. de offi. præf. ur. Fallit in Tarusio, & districtu, ubi rectores pro quæstionibus co-ram eis uertentibus possunt cogere partes ad compro-mittendum, ut in prouisionibus Duca. lib. 2. cap. 57. in-cip. cum Potestas.

58. † Quinquagesimo octauo, partes compelli possunt per Iudices ad concordiam & pacem in causa criminis. Bartol. in l. congruit, in fine, de officio præsi. & Abba. in rubr. de treug. & pace. Butr. in cap. 1. de mutuis petitionibus, quod intellige prædicta antequam nasca-tur delictum, ut est tex. in l. denunciamus. C. de his qui ad ecclesiás confu. & in l. illicitas. §. ne potentiores, & ibi Barto. de officio præsi. Bald. in l. ex stipula-tione. C. de senten. & in d.l. æquissimum, ff. de usufru & Saly. in octaua positio. l. transfigere. C. de transactio. & ibi Alexan. sed delicto sequi, officium iudicis est iu-ficiam facere.

59. † Quinquagesimonoно, Princeps potest cogere li-tigantes ad pacem, concordiam, & ad compromitten-dum, ut pulchre dicit Innocen. in cap. cum inter. R. in primis, uer. de electione, & ibi Abb. in primo nota-dicens non reperiri ita expresse, alibi Paul. de castri. in l. quidam existimauerunt. 2. colum. ff. si certum petat-ur, & hoc limita, ut per Butr. in c. 1. ad finem de mu-tuis petitionibus, idem Abb. in c. cum pridem, de pact. in ultimo not.

60. † Sexagesimo, Roma. post Ange. in l. 2. §. ex iis, in quinta col. ibi, sed succedit dubitatio. ff. de verb. oblig. quod licet partes non compellantur ad concordiam, quando discordia tendit solum ad eorum incommo-dum, ut ibi per Bar. tamen ubi ex ea causaretur rixa, uel probabiliter dubitaretur, ne uenirent ad arma, tunc iudex eos compellere potest ad concordiam per d.l. æquis-

- 61 † Sexagesimo primo , ubi discordia aliquorum tendit ad incommodum alterius, tunc potest implorari officium iudicis, ut cogat eos ad concordiam , ut Bar. post Old. in d.l.2. §. ex iis, de uerb. oblig. Barto. in l. huiusmodi. §. si. de lega. 1. & plene per Tely. in rub. de treug. & pace. in 6. fallen.
- 62 † Sexagesimo secundo, quando est discordia inter personas insignes, ex qua resp. turbatur, possunt compelli personae ad pacem, & concordiam, ut per Bald. & Ang. in d.l. æquissimum, per tex. in l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de cap. Bal. in l. 1. §. quies. ff. de offic. praefect. urb. Abb. in rub. de treug. & pace, Bart. in l. ambitiosa, in 4. col. ibi declareremus istas, nu. 18. ff. de decr. ab or. facien. Ang. in l. si fur. C. de usuf. Affl. decisi. 149. nu. 6.
- 63 † Sexagesimo tertio, Bar. in l. de die, in prin. ff. qui satis da. cogan. quod si partes coacte per statutum certo facere pacem, nesciunt tamē capitulare ipsam, iudex eam capitulabit, & ibi Alex. in 2. & 3. notab.
- 64 † Sexagesimo quarto , in omnibus casibus in quibus partes compelli possunt ad pacem , compelli possunt etiam ad treuquam. ita singu. dicit Abbas in rubr. de treug. & pace.
- 65 † Sexagesimo quinto, gl. lo. 1. in c. studendum. 90. dist. dicit, quod partes inducuntur ad pacem quando ciuititer agitur de crimine iniuriati, uel de damno dato , secus ubi ageretur de crimine mere criminali , hoc idem uoluit Archid. in d.c. studendum, quod in priuatis criminibus potest induci concordia non in publicis iudiciis, non enim dispensare potest , uel componi, ut vir uxore demissa alia habeat. c. fin. de transactio. uel utrum nachus habeat quid proprii, ut Bald. in l. in stipulacione. C. de senten.
- 66 † Sexagesimo sexto, pro pace facta commune remittere potest damna singulorum, Innoç. in c. in nostra. de

- 76 † Sexagesimo septimo, pacis uigore multa conceduntur, quæ de jure sic nō possunt, quia quicquid sit propter pacem legis habet uigorem. Bald. in consi. 2. 13. in fine incip. quidam nobilis, in tercia parte consiliorum, ubi limitat glo. fin. circa finem d.l. talis scriptura. ff. de legatis primo, quæ dicit quod fictio non retrotrahitur ad ea quæ sunt impossibilia, sallit in conuentione legitima, quæ fit propter pacem, & illam gloss. magnificet cum consuetudinis, de consue. & in cap. contingit, de dolo & contu. & in l. siue posideris. C. de proba. & in rubri. de procur. extra. 2. col.

- 98 † Sexagesimo octavo, pax rumpitur propter minas, & ideo si quis pacem fecerit cum Sempronio , & ille minas fecerit punitur pena pacis rupta, ut uoluit Ange. in l. si cum exceptione, in §. fatis. ff. quod met. cau. Marsi. in l. si qui cum telo, nume. 8. C. ad legem Cor. de fiscar. fol. 8.

- 96 † Sexagesimono, adduco tibi Petrum de Ancha. in consi. 75. incipien. uiso diligenter instrumento, ubi consuluit quod procurator constitutus ad faciendam pacem & concordiam si partus sit, quod eius dominus ac filii non possint stare uel morari in ciuitate, & comitatatu, talis procurator non poterit hoc facere uirtute talis mandati procuratoris per motiuā ibi per eum adducta, & pro ista quæstione est bonus rex. in argu. in cap. ueniens, de iureiur.

- 70 † Septuagesimo, Ange. consi. 266. incip. inter capitula pacis consuluit de pace ducis Mediolani, & cum munis Florentia , & eundem in consi. 289. ubi consuluit de pace facta inter Domi. Venetos, & Ianuen-
71 ses, circa capitula pacis inter eos morta, † quorum aliqua dubitabantur an Ianuenses possent nauigare bon. side in culfo Venetorum, an ne, & an poterant applicare libere ad portum Venetorum in di-

230 PRACTICA, ET THEORICA
et oculfo, & an poterant cogi soluere maiora datia
solita.

72 † Septuagesimo secundo, Barb. in consil. 38. in primo
volum. incip. Paralipomenon, & uiso puncto, in 9. col.
ubi si firmata pace inter duos reges, & mota guerra per
alterum eorum contra tertium principem, si iste ter-
tius subiicitur, uel adhæreat regi, an videatur, & ipse ter-
tius cum eius hoste pacificatus terminat, quod sic per
plura motiva, & adducit Ioan. And. in additio. Spec. de
treug. & pace, in pe. quæst.

73 † Septuagesimo tertio, Barba. in consil. 11. incipien. il-
lud afferam in medium, secunda colum. in 2. nota. ubi
dicit, quod pacis gratia quædam sunt specialiter per-
missa, & eundem in consil. 24. incipien. clementissi-
me Dei patris, in 4. colum. cod. volumi. quod episco-
pus loci per censuram ecclesiasticam potest compelle-
re litigantes aspidos, etiam non subditos, ad concor-
diam, & imponere finem liti, ista est glo. ualde nota,
in cap. placuit. 90. distin. iuncta glo. in l. æquissimum.
ff. de usu.

74 † Septuagesimo quarto, Fulg. in consil. 149. incip. super
inquisitione formata, circa medium, quod pax inita in
ter duas ciuitates prodest cuilibet ex illis ciuitatibus, &
ubi etiam ponit quod pax inter Florentinos, & Senen-
ses anno 1403. facta fuit, & iniuriaz hinc inde remisse-
fuerunt.

75 † Septuagesimo quinto, pena adiecta in prouisione pa-
cis seruanda, non committitur, nisi semel per primam
offensam, nisi sit adiecta clausula, quod pena toties
committatur, quoties cōtra factum fuerit per l. si duo.
§ i. ff. de arbit. idem uoluit Ioan. And. in addi. ad Spec.
in rubr. de treug. & pace, ad fin. de quo plene per Alex.
in consil. 115. col. 2. volum. 4. nu. 9.

Septuagesimo sexto, si plures cum pluribus fecerint pa-
ce, & una pars promisit alteri non contrauenire
sub pena ducatorum mille, & unus fuit occisus ab ali-
quibus de alia parte, an pena committatur in totum,

&

CAVSARVM CRIMINALIVM. 231
& quibus acquiratur, & pro quibus portionibus an in-
solidum, & in tortum contra quemlibet, uide pulchrum
consilium Alexand. 116 incipien. uiso instrumento pa-
cis, in quarto uolum. nume. 1. & Corne. consil. 167. littre.
d. 3. uolum. fol. 171. Barto. in l. fina. ff. de duobus reis, in
ueſcū. secundo quæro, cum quo ibi transit Angel. &
Modern. Barto. in repetit. auctent. hoc ita. C. de duobus
reis. quæſtio. 13. & in l. opere. ff. de ope. liber. & per Mo-
dernos in l. si id quod. ff. de duobus reis, in quibus locis
concluditur, quod si plures fecerint pacem cum pluri-
bus, & promiserunt eis non offendere sub pena 1000.
contigit unum esse offensum omnes ex illa parte offen-
sa non possunt agere insolidum, nec etiam insolidum
possunt conueniri illi qui sunt de parte offendente, ut
probatur ibi per l. si id quod, & per dict. l. opere, unde
quilibet de parte offensa potest petere uirilem portio-
nem, & quilibet qui sit de parte offendente potest con-
ueniri pro parte uirili.

77 † Septuagesimo septimo, utrum pax, & remissio iniu-
riarum possit fieri personis absentibus, uide plene Ale-
xand. in consilio 31. in quarto uolum. in tertia colum.
Bald. in l. si manumissus, nume. 4. C. de liber. & co. liber.
ubi dicit, quod pax in foro pœnitentiali potest fieri in-
ter absentes, sed pax solemnis non potest fieri nisi in-
terueniente praesentia alicuius, quod pro absente stipu-
letur, & est communis opinio.

78 † Septuagesimo octavo, Dux, seu Princeps pro pa-
ce territorii sui habenda potest castrum subditorum
suum alteri concedere, quia in pace ueritutur publi-
ca utilitas: propter quam potest auferre ius priuati, ita
Alexand. in consilio 94. in princip. pentulti. column. in
quinto uolum. Bartol. in l. quæcumque, in fin. C. de fide
instrumento. & iure aſte fisc. lib. 10. Innocen. & Ioan.
Andr. in cap. in nostra, de iure iurand. & expressius An-
gel. in l. bene a zenone. C. de quadri. præscri. & in l. an-
tiochenium. ff. de priui. cred. & in l. uenditor. §. si con-
stat. ff. coiuinu. prædi. Bald. in l. conventionem. ff. de

232 PRACTICA, ET THEORICA
pact. & in l. quicunque, in ulti. column. de ser. f. g. &
per eundem Bald. in titu. de pace coustan. in uerbo pri-
uilegia.

79 † Septuagesimonono, quæro si est facta pax, uel treu-
gua inter duos inimicos, & alter istorum ostendat fra-
trem, uel coniunctos alterius, an uideatur incidisse in
poenam adiectam in compositione pacis, Iacobus Ard.
disputa, hanc questionem late de pace tenenda sub ru-
bricella argumentum, ubi arguit ad partes, & tandem
inclinat in hanc opinionem, quod inciderit in poe-
nam argumento. l. si libertas artem. ff. de oper. lib. & l.
prima. §. cum patronus. ff. de offic. præf. urb. Aluaro.
in titu. de pa. iura. firman. in §. si quis uero temerariæ.
Marsil. in singularibus suis, mikai. nume. 331. incip. pa-
cem faciens.

80 Octuagesimo, si facta pace unus dat † damnum in bo-
nis alterius, an ex hoc uideatur rumpere pace, uide
Aluaro. in titu. de pace tenen. §. si quis quinque. in uer. quæ-
ro ab extra, & concludit, quod sic per illum text post
Bald. in d.l. nisi hoc fieret, ex discordia orta de nouo,
quæ a principio cogitata non fuit.

Octuagesimo primo, quæro an famuli dominorum
81 rixante † intelligatur rumpere pacem dominorum, &
utrum domini pro ipsis teneantur, uide Aluaro. in §. si
ministeriales, in uerisu. quæro an ex dicto delicto, in
titu. de pace tenend. & uiolat. eius, ubi remittit se ad
dicta per Barto. in l. 1. §. familia. ff. de publi. & in l. 2.
ff. ad leg. iul. repe. & in l. nequid. ff. de incend. rui. nau. &
per Bal. in l. obseruare profici sci. ff. de offic. procon. &
concludit, quod debent puniri tanquam uiolatores pa-
cis, si uiolaretur pax propter eorum discordiam, se-
cundum Nicol. de Neapo. & ibi est uidendum an do-
mini teneantur uide Bartol. & Bald. in locis præ-
legatis.

82 † Octuagesimosecondo, cum debet haberri pax non suf-
ficit treugas. Ang. & Pau. de Calt. in l. conventionum.
ff. de pact. & docto. in rubr. de treuag. & pace. Iason in l.

cum

CAVSARVM CRIMINALIVM. 233
cum proponas, la secunda. C. de pactis, num. 7.
83 † Octuagesimo tertio, Episcopi tenentur secundum fa-
cias constitutiones, ut pax conseruetur, pro quo facit,
quod nult gl. in auſten. quomodo oportet episcopos.
§. 1. & quod not. Aluaro. titu. de pace tenend. & uiola.
eius §. si clericus, & etiam hoc de iure spectat ad of-
ficium corundem tueri facere, & conseruari pacem &
punire eius uiolatores. §. episcopos, & ibi Aluaro. in titu.
de pace iur. firman. secundum canones est expeditum
capitu. 1. de treuag. & pace capitu. nouit, de iudiciis,
& pro pace habenda multa, & infinita bona proue-
niunt, quæ per glos. fina. numerantur in titulo de pa-
ce constat.

† Octuagesimoquarto, pax fit per tactum manuum,
& per risum reciprocum, per potum, per osculum. & fi-
milia notatus in Lipsius. C. fami. hercisc. glos. inst. de
iniur. §. in summa, docto. & Pau. de Caſtr. in l. 1. ff. de
pact. Bald. in l. & epiftola. C. de fideicom. & quod
dicitur de osculo non habet locum in domino feudi,
ut per Firma. in reper. suo in uersi. primo, & dic ut in-
fra dicam.

85 † Octuagesimoquinto, pax absenti fieri non potest, ni
si notarius pro eo stipuletur, sed iniuriarum remissio
scilicet. athletæ. §. de remissione per Bald. ff. de excuſato.
Alex. in confil. 131. in 4. vol. in 3. col. nu. 9.

86 † Octuagesimosexto, pax fieri non debet pretio, uel
pecunia recepta; aliter non prodest. l. 1. ff. de dona. in-
ter uir. & uxor. l. furti. §. pacius. ff. de infami. quod est
uerum secundum Barto. in l. athlete. §. si. eod. titu. ante
sententiam condemnatoriam, quia post sententiam fie-
ri potest etiam recepta pecunia, ut ibi per eum.

87 Octuagesimoseptimo, † pax si fiat ab hærede occisi ree-
cepta pecunia, per hunc simplicem actum uidetur adir-
hæreditatem, ut uoluit Barto. in l. pro hærede. §. fina. ff.
de acquir. hæred.

88 Octuagesimooctavo, pax facta per tutorem cum obli-
gatione ad poenam, non ualet, Bal. in l. pactum curato-
ria

ris ad finem. C.de pac.num.3. quia obligatio ad pœna reputatur damnum ipsi pupillo, ut l.si minor. ff.de mino. & idem ibi Decius.num.7. C.de pac.

98 † Octauagemonono, pax probatur ex legato facto inter inimicos, ut dicit Bald. in l.ipis. C.famil. hercisc. & in l.3. §.fin.& ibi Barto. ff.de adimen.lega. Item per salutationem, uerbo, uel epistola, si iniuria non fuit a principio ad animam renocata, ut uoluit Innoc. in c olim, de iniur.

99 † Nonagesimo, pax facta cum promissione pœnae applicandæ filio non ualeat, nisi notarius stipuletur pœnam pro filio, quia non sufficit quod partes promittant sub pœna, nisi dicatur sub pena filio applicanda', Barto. in l.arbiter, il 2. ff.de arbit. & latius in l.1. in ult. col. ff.de iure fisc.

100 † Nonagesimoprimo, pax a minore fieri, & stipulari potest, nec datur ei in integrum restitutio. Dyn. in l. diuis in apostillis. ff.ad fillania. Pau.de cast.conf. 19 r. ubi quærit an pax facta per minorem positi rumpi per cum reductum ad maiorem exatem.

101 Nonagesimosecundo, † pax rumpitur, si inferens metum quoquomodo offendatur, ut sing. dicit Ange. in l. si cum exceptione, §.satis, ff. quod metus causa. Bald. in confil. 430. incipien. insultus, in sexto uolu. Mar. in l.i. nume. 26. ibi, & facit ff.de quæstion. idem in sing. suis nume. 33. 7. in fine, fol. 34.

102 Nonagesimotertio, † pax a testatore in testamento fieri potest, & habere, de particulari etiam fieri potest, & prodest, ut l. quoties. C.de hæred. institu. Bald. in l.fina, C.commu. deleg. in lectura antiqua, & in c. i. in princ. in ultima colum. de successione feudi.

103 Nonagesimoquarto, † pax per tertium fieri potest, & per hæredem ratificari, ut Bald. in addit. Spec. in tiru. de homic. uer. sed pone.

104 Nonagesimoquinto, † duas ciuitates adiuicem pacem habuerunt, habentes prius guerram inter se, & ap- posuerunt pactum, quod licet alteri uendicare, uel fœdera-

dera pacis rumpere, an ualeat tale pactum Bald. in au- eten. sacramenta puberum. C. si aduersus ueditionem, tenet quod non.

105 † Nonagesimosexto, pax a procuratore fieri potest si habet speciale mandatum, ut uoluit Specul. in titu. de homic. uer. illud autem, & expresse Bar. in l.conuentio num, in ff.de pact.

106 Nonagesimoleptimo † pax fieri potest a spuriis occisi, & prodest etiam stante statuto, quod pax habeatur filii occisi, ut Cyn. in l.si quis. C.ad l.iul. maiesta. Bart. in l.2. ff.de accusat. & in l.tutelas. ff.de capi. dimi. & in l.pronunciatio. §.familia ff.de uerb. oblig. sed Franc. de Rampo. & Saly. in consil. primo super primo dubio, au filius, & c. consuluerunt contrarium referit, & sequitur Angel. Aret. in tracta. maleficiorum, in uer. in termino defensionis ibi quid sit statuo.

107 Nonagesimooctauo, † pax fieri potest per filium occisi non heredem, etiam stante statuto, quod pax habeatur ab heredibus occisi, Bald. in l.si filius qui patri, in fine, ff.de uulga. & pupilla. & ibi Barto. Bald. Ange. & Imo. & Do. mod.

108 Nonagesimonono, † pax facta per matrem tutricem filiorum pupillorum, de homicidio mariti, an ualeat, dic ut per Ganda. in tiru. de transact. & pact. nume. 22. fol. 19. qui disputat ad partes, & distingue, ut ibi per eum, & Abbas in confil. 14 per totum.

109 Centesimo † pax a filio fami. iniuriato non potest fieri in preiudicium patris, cui actio iniuriarum est que- sita, ut uoluit Pau.de Cast. in l.in personem. ff.de pact.

110 Centesimoprimo, pax a femina o succedente offenso fieri non potest, & facta non prodest stante statuto, quod pax habeatur ab offenso, quia femina non est habilis ad vindictam, glo. est singul. in cap. i. §. hic au tem notandum, in glo. in uersicu. leges, circa fin. qui feudum dare possunt, Ias. in l.cum filius fam. num. 100. ff.de lega. 1.

111 Centesimosecundo † pax facta cum ciuitate, & ca- stellis

236 PRACTICA, ET THEORICA

stellis eius extenditur etiam ad castella postea de novo acquista, ut tenet Ioan. Andr. in addit. Spec. in rub. de treug. & pa. uer. quæro ad secundam partem, sed Bald. contra in tit. de pace constan. in §. nos Romanorum, in secunda colum. not. in luxori. ff. de lega. terrio

103 Centesimo tertio, † pax facta Regi uidetur etiam facta Consiliariis ipsius Bald. in margarita, in uer. libera-
tio, uer. fin.

104 Centesimo quarto, † pax potest fieri mandatori cri-
minis si statutum dicat, quod pax fiat percussori Bald.
in l. transfigere, ad fin. C. de transact. & in l. si seruum,
§ prætor. ff. de acquir. hær.

105 Centesimo quinto, † pacis instrumentum productum
post terminum statuti etiam ex confilio aduocati non
prodest Bald. in l. iuris, nume. 2. C. qui admit. & eius
productio sufficit sine pronuncia Iudicis, Bald. in l.
omnium. C. de testamentis, in uer. item nota, quod
sufficit productio.

106 Centesimo sexto, † pax sicut prohibita per statutum di-
sponentem quod de percussionibus sanguinolentis fie-
ri non possit, an si quis aliquem pugno percusserit, ob-
quam percussionem in terram ceciderit, & caput si-
bi fregerit, cum carnis incisione, & sanguinis effusio-
ne, an tunc poterit fieri pax, uide Iaso. in l. non du-
biu, nume. 24. C. de lega. Bald. in l. pecoribus. C. ad
laquil.

107 Centesimo septimo, † in uiolatoribus pacis bona
